3 1761 07144526 6

COLECCION

DE

DOCUMENTOS INÉDITOS DEL ARCHIVO GENERAL

DE LA

CORONA DE ARAGON,

PUBLICADA DE REAL ÓRDEN

POR

SU ARCHIVERO,

D. Manuel de Bofarull y de Sartorio.

TOMO XXX.

PROCESO

CONTRA EL REY DE MALLLORCA D. JAIME III,

MANDADO FORMAR

POR EL REY D. PEDRO IV DE ARAGON.

PUBLICADO DE REAL ÓRDEN

POR

D. MANUEL DE BOFARULL Y DE SARTORIO,

Archivero de la Corona de Aragon.

Tomo II.

BARCELONA.

EN LA IMPRENTA DEL ARCHIVO.

—

1866.

LIBRARY
APR 28 1970
UNIVERSITY OF TORONTO

DP
302
B27A7
1866
t.2

(Continúan las prestaciones de homenage al rey D. Pedro por las universidades de Mallorca. que principiaron en el final del tomo I.º)

Noverint universi. Quod die mercurii intitulata tertio idus junii anno Domini MCCC quadragesimo tertio hora videlicet tertiarum ejusdem diey Ferrarius More Jacobus Caseles Petrus de Benimelis et Jacobus Orsseres parrochie de Manacor et Petrus de Perdines et Guillermus Laboratoris parrochie de Pulcrovisu procuratores sindici et actores per universitatem parrochiarum de Manacor et de Pulcrovisu predictarum congregatam ad vocem seu requisitionem juratorum parrochiarum predictarum in ecclesia Baate Marie ville de Manachor constituti legittime com publico instrumento facto die dominica intitulata sexto idus junii anno predicto per Johannem de Fabricis notarium publicum Majorice ad ea que inferius continentur. In presentia notarii et testium subscriptorum ad hec spetialiter vocatorum proprio nomine ipsorum et totius universitatis dictarum parrochiarum et singularium ex ip-

sis et successorum suorum fecerunt et prestiterunt illustrissimo ac magnifico principi et domino domino Petro Dei gratia Regi Aragonum Valentie Majorice Sardinie et Corsice comitique Barchinone existenti personaliter in aula inferiori castri Majorice homagium ore et manibus ac sacramentum fidelitatis tactis per eos quatuor Dei evangeliis et cruce domini sub fide cujus homagii et religionis sacramenti promiserunt nominibus supradictis eidem domino Regi quod ipsi et dicta universitas et singulares ejusdem et eorum successores erunt ipsi domino Regi et successoribus ejus contra omnem hominem mundi boni fideles et legales homines et subjecti ejusdem domini Regis et suorum successorum. Et quod portabunt eidem domino Regi et dictis successoribus suis bonam et rectam ac legalem fidem. Quodque facient et complebunt omnia alia que ad fidelitatem pertineant prout fideles homines et subjecti debent et tenentur portare ac facere eorum domino naturali. Pro quibus omnibus et singulis supradictis attendendis et complendis iidem procuratores sindici et actores nominibus quibus supra obligarunt memorato domino Regi se ipsos et successores ipsorum ac dictam universitatem et singulares ex ea ac successores dicte universitatis et singularium ejusdem et etiam omnia bona sua et dicte universitatis et singularium eorundem. Presentibus nobilibus viris Petro dominio de Exerica Arnaldo de Erillo gubernatore Regni Majorice Blasio de Alagone Johanne Eximini de Urrea et Galvany de Angularia ac venerabilibus Michaele Petri Çapata Raimundo de Villafrancha Michaele de

Gurrea militibus Johanne Ferdinandi legum doctore Blasio Daysa jurisperito consiliariis dicti domini Regis testibus ad hec spetialiter vocatis ac pluribus aliis congregatis ibidem in multitudine copiosa.

Sig✠num mei Francisci Fuxi scriptoris dicti domini Regis et auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem ejusdem. Qui predictis interfui eaque in hanc formam publicam redigens scribi feci et clausi.

Noverint universi. Quod die mercurii intitulata tertio idus junii anno Domini MCCC quadragesimo tertio videlicet tertiarum ejusdem diey Petrus Felicis Petrus Sabadelli Felicius de Manso Bernardus Fontis Petrus Johannis et Simon Cerdani habitatores parrochie Beate Marie Vallis de Mussa procuratores sindici et actores per universitatem dicte parrochie congregatam ad sonum campane in ecclesia dicte parrochie prout moris est constituti legittime cum publico instrumento facto die lune intitulata quinto idus junii anno predicto per Julianum de Torrente notarium publicum Majorice ad ea que inferius continentur. In presentia notarii et testium subscriptorum ad hec spetialiter vocatorum propio nomine ipsorum et totius universitatis dicte parrochie et singularium ex ipsis et successorum suorum fecerunt et prestiterunt illustrissimo ac magnifico principi et domino domino Petro Dei gratia Regi Aragonum Valentie Majorice Sardinie et Corsice comitique Barchinone existenti personaliter in aula inferiori castri Majorice homagium ore et manibus ac

sacramentum fidelitatis tactis per eos quatuor Dei evangeliis in cruce Domini sub fide cujus homagii et religionis sacramenti promiserunt nominibus supradictis eidem domino Regi quod ipsi et dicta universitas et singulares ejusdem et eorum successores erunt ipsi domino Regi et successoribus ejus contra omnem hominem mundi boni fideles et legales homines et subjecti ejusdem domini Regis et suorum successorum. Et quod portabunt eidem domino Regi et dictis successoribus suis bonam et rectam ac legalem fidem quodque facient et complebunt omnia alia que ad fifidelitatem pertineant prout fideles homines et subjecti debent et tenentur portare ac facere eorum domino naturali. Pro quibus omnibus et singulis supradictis attendendis et complendis iidem procuratores sindici et actores nominibus quibus supra obligarunt memorato domino Regi se ipsos et successores ipsorum ac dictam universitatem et singulares ex ea ac successores dicte universitatis et singularium ejusdem ac etiam omnia bona sua et dicte universitatis et singularium eorundem. Presentibus nobilibus viris Petro domino de Exerica Arnaldo de Erillo gubernatore Regni Majorice Blasio de Alagone Johanne Eximini de Urrea et Galvany de Angularia ac venerabilibus Michaele Petri Çapata Raimundo de Villafrancha Michaele de Gurrea militibus Johanne Ferdinandi legum doctore Blasio Daysa jurisperito consiliariis dicti domini Regis testibus ad hæc spetialiter vocatis ac pluribus aliis congregatis ibidem in multitudine copiosa.

Sig✠num mei Francisci Fuxi scriptoris dicti domi-

ni Regis et auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem ejusdem. Qui predictis interfui eaque in hanc formam publicam redigens requisitus scribi feci cum raso et aptato in linea III ubi dicitur tituti et in VI ubi continetur domino et clausi.

Noverint universi. Quod die mercurii intitulata tertio idus junii anno Domini MCCC quadragesimo tertio hora videlicet tertiarum ejusdem diey Petrus dez Pedros Poncius de Ripullo filius Romei de Ripullo quondam et Arnaldus Muntanerii jurati parrochie Sancti Mathei de Bunyola procuratores sindici et actores per universitatem dicte parrochie congregatam ad sonum campane intus ecclesiam ejusdem loci ut moris est constituti legitime cum publico instrumento facto die dominica intitulata sexto idus junii anno predicto per Dalmacium Navarre notarium Majorice publicum ad ea que inferius continentur. In presentia notarii et testium subscriptorum ad hec spetialiter vocatorum propio nomine ipsorum et totius universitatis dicte parrochie et singularium ex ipsis et successorum suorum fecerunt et prestiterunt illustrissimo ac magnifico principi et domino domino Petro Dei gratia Regi Aragonum Valentie Majorice Sardinie et Corsice comitique Barchinone existenti personaliter in aula inferiori castri Majorice homagium ore et manibus ac sacramentum fidelitatis tactis per eos quatuor Dei evangeliis et cruce domini sub fide cujus homagii et religionis sacramenti promiserunt nominibus supradictis eidem domino Regi quod ipsi et dicta universitas

et singulares ejusdem et eorum successores erunt ipsi domino Regi et successoribus ejus contra omnem hominem mundi boni fideles et legales homines et subjecti ejusdem domini Regis et suorum successorum. Et quod portabunt eidem domino Regi et dictis successoribus suis bonam et rectam ac legalem fidem. Quodque facient et complebunt omnia alia que ad fidelitatem pertineant prout fideles homines et subjecti debent et tenentur portare ac facere eorum domino naturali. Pro quibus omnibus et singulis supradictis attendendis et complendis iidem procuratores sindici et actores nominibus quibus supra obligarunt memorato domino Regi se ipsos et successores ipsorum ac dictam universitatem et singulares ex ea ac successores dicte universitatis et singularium ejusdem et etiam omnia bona sua et dicte universitatis et singularium eorundem. Presentibus nobilibus viris Petro domino de Exerica Arnaldo de Erillo gubernatore Regni Majorice Blasio de Alagone Johanne Eximini de Urrea et Galvany de Angularia ac venerabilibus Michaele Petri Çapata Raimundo de Villafrancha Michaele de Gurrea militibus Johanne Ferdinandi legum doctore Blasio Daysa jurisperito consiliariis dicti domini Regis testibus ad hec spetialiter vocatis ac pluribus aliis congregatis ibidem in multitudine copiosa.

Sig✠num mei Francisci Fuxi scriptoris dicti domini Regis et auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem ejusdem. Qui predictis interfui eaque in hanc publicam formam redigens requisitus scribi feci et clausi.

Noverint universi. Quod die mercurii intitulata tertio idus junii anno Domini MCCC quadragesimo tertio hora videlicet tertiarum ejusdem diey Guillermus Matosi et Guillermus Garrerii habitatores parrochie ecclesie Beati Bartholomei de Muntuerio procuratores sindici et actores per universitatem dicte parrochie congregatam ad sonum tube in ecclesia supradicta prout est moris constituti legittime cum publico instrumento facto die dominica intitulata sexto idus junii anno predicto per Petrum Traverii notarium publicum in civitate et Regno Majorice ac insulis eidem adjacentibus auctoritate regia ad ea que inferius continetur. In presentia notarii et testium subscriptorum ad hec spetialiter vocatorum proprio nomine ipsorum et totius universitatis dicte parrochie et singularium ex ipsis et successorum suorum fecerunt et prestiterunt illustrissimo ac magnifico principi et domino domino Petro Dei gratia Regi Aragonum Valentie Majorice Sardinie et Corsice comitique Barchinone existenti personaliter in aula inferiori castri Majorice homagium ore et manibus ac sacramentum fidelitatis tactis per eos quatuor Dei evangeliis et cruce Domini sub fide cujus homagii et religionis sacramenti promiserunt nominibus supradictis eidem domino quod ipsi et dicta universitas et singulares ejusdem et eorum successores erunt ipsi domino Regi et successoribus ejus contra omnem hominem mundi boni fideles et legales homines et subjecti ejusdem domini Regis et suorum successorum. Et quod portabunt eidem domino Regi et

dictis successoribus suis bonam et rectam ac legalem fidem quodque facient et complebunt omnia alia que ad fidelitatem pertineant prout fideles homines et subjecti debent et tenentur portare ac facere eorum domino naturali. Pro quibus omnibus et singulis supradictis attendendis et complendis iidem procuratores sindici et actores nominibus quibus supra obligarunt memorato domino Regi se ipsos et successores ipsorum ac dictam universitatem et singulares ex ea ac successores dicte universitatis et singularium ejusdem et etiam bona sua et dicte universitatis et singularium eorundem. Presentibus nobilibus viris Petro domino de Exerica Arnaldo de Erillo gubernatore Regni Majorice Blasio de Alagone Johanne Eximini de Urrea et Galvany de Angularia ac venerabilibus Michaele Petri Çapata Raimundo de Villafrancha Michaele de Gurrea militibus Johanne Ferdinandi legum doctore Blasco Daysa jurisperito consiliariis dicti domini Regis testibus ad hec spetialiter vocatis ac pluribus aliis congregatis ibidem in multitudine copiosa.

Sig✠num mei Francisci Fuxi scriptoris dicti domini Regis et auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem ejusdem. Qui predictis interfui eaque in hanc formam publicam redigens requisitus scribi feci et clausi.

Noverint universi. Quod die mercurii intitulata tertio idus junii anno Domini MCCC quadragesimo tertio hora videlicet tertiarum ejusdem diey Guillermus Bornacii Franciscus de Aguilario jurati anno presenti uni-

versitatis parrochie Beate Marie de Artano et Romeus Ebrines habitator dicte parrochie procuratores sindici et actores per universitatem dicte parrochie congregatam ad sonum vel vocem tube intus ecclesiam predictam prout moris est constituti legittime cum publico instrumento facto die dominica intitulata sexto idus junii anno predicto per Guillermum Molela notarium publicum Majorice ad ea que inferius continentur. In presentia notarii et testium subscriptorum ad hec spetialiter vocatorum proprio nomine ipsorum et totius universitatis dicte parrochie et singularium ex ipsis et successorum suorum fecerunt et prestiterunt illustrissimo ac magnifico principi et domino domino Petro Dei gratia Regi Aragonum Valentie Majorice Sardinie et Corsice comitique Barchinone existenti personaliter in aula inferiori Castri Majorice homagium ore et manibus ac sacramentum fidelitatis tactis per eos quatuor Dei evangeliis et cruce Domini sub fide cujus homagii et religionis sacramenti promiserunt nominibus supradictis eidem domino Regi quod ipsi et dicta universitas et singulares ejusdem et eorum successores erunt ipsi domino Regi et successoribus ejus contra omnem hominem mundi boni fideles et legales homines et subjecti ejusdem domini Regis et suorum successorum. Et quod portabunt eidem domino Regi et dictis successoribns suis bonam et rectam ac legalem fidem quodque facient et complebunt omnia alia que ad fidelitatem pertineant prout fideles homines et subjecti debent et tenentur portare ac facere eorum domino naturali. Pro quibus omnibus et singu-

lis supradictis attendendis et complendis iidem procuratores sindici et actores nominibus quibus supra obligarunt memorato domino Regi se ipsos et successores ipsorum ac dictam universitatem et singulares ex ea ac successores dicte universitatis et singularium ejusdem et etiam omnia bona sua et dicte universitatis et singularium eorundem. Presentibus nobilibus viris Petro domino de Exerica Arnaldo de Erillo gubernatore Regni Majorice Blasio de Alagone Johanne Eximini de Urrea et Galvany de Angularia ac venerabilibus Michaele Petri Çapata Raimundo de Villafrancha Michaele de Gurrea militibus Johanne Ferdinandi legum doctore Blasio Daysa jurisperito consiliariis dicti domini Regis testibus ad hec spetialiter vocatis ac pluribus aliis congregatis ibidem in multitudine copiosa.

Sig✠num mei Francisci Fuxi scriptoris dicti domini Regis et auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem ejusdem. Qui predictis interfui eaque in hanc formam publicam redigens requisitus scribi feci cum litteris in raso positis in linea IX ubi dicitur nos et clausi.

Noverint universi. Quod die mercurii intitulata tertio idus junii anno Domini MCCC quadragesimo tertio hora videlicet tertiarum ejusdem diey. Garcias Tahust Petrus Gaylardi Raimundus Torayoni et Petrus Caberoni habitatores parrochie de Sporles procuratores sindici et actores per universitatem dicte parrochie de Sporles congregatam ad sonum campane e ad vocem preconiam in portali seu janua majori ecclesie ipsius

parrochie prout est moris constituti legittime cum publico instrumento facto die martis quarto idus junii anno predicto per Petrum Johannis notarium publicum Majorice in presentia notarii et testium subscriptorum ad hec spetialiter proprio nomine ipsorum et totius universitatis dicte parrochie et singularium ex ipsis et successorum suorum fecerunt et prestiterunt illustrissimo ac magnifico principi et domino domino Petro Dei gratia Regi Aragonum Valentie Majorice Sardinie et Corsice comitique Barchinone existenti personaliter in aula inferiori castri Majorice, homagium ore et manibus ac sacramentum fidelitatis tactis per eos quatuor Dei evangeliis et cruce Domini sub fide cujus homagii et religionis sacramenti promiserunt nominibus supradictis eidem domino Regi quod ipsi et dicta universitas et singulares ejusdem et eorum successores erunt ipsi domino Regi et successoribus ejus contra omnem hominem mundi boni fideles et legales homines et subjecti ejusdem domini Regis et suorum successorum. Et quod portabunt eidem domino Regi et dictis successoribus suis bonam et rectam ac legalem fidem quodque facient et complebunt omnia alia que ad fidelitatem pertineant prout fideles homines et subjecti debent et tenentur portare ac facere eorum domino naturali. Pro quibus omnibus et singulis supradictis attendendis et complendis iidem procuratores sindici et actores nominibus quibus supra obligarunt memorato domino Regi se ipsos et successores ipsorum ad dictam universitatem et singulares ex ea ac successores dicte universitatis et singularium ejusdem

et etiam omnia bona sua et dicte universitatis et singularium eorundem. Presentibus nobilibus viris Petro domino de Exerica Arnaldo de Erillo gubernatore Regni Majorice Blasio de Alagone Johanne Eximini de Urrea et Galvany de Angularia ac venerabilibus Michaele Petri Çapata Raimundo de Villafrancha Michaele de Gurrea militibus Johanne Ferdinandi legum doctore Blasio Daysa jurisperito consiliariis dicti domini Regis testibus ad hec spetialiter vocatis ac pluribus aliis congregatis ibidem in multitudine copiosa.

Sig✠num mei Francisci Fuxi scriptoris dicti domini Regis et auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem ejusdem. Qui predictis interfui eaque in hanc formam publicam redigens requisitus scribi feci et clausi.

Et eadem etiam die hora tamen vesperorum sindici infrascripti vocati ad mandatum regium eis factum cum litteris suprainsertis nomine proprio ipsorum et dictarum universitatum fecerunt et prestiterunt ipsi domino Regi homagium et sacramentum fidelitatis prout continetur in sequentibus instrumentis.

Noverint universi. Quod die mercurii intitulata tertio idus junii anno Domini MCCC quadragesimo tertio hora videlicet vesperorum ejusdem diei Romeus Manresa et Berengarius Sunyerii procuratores sindici et actores per universitatem parrochie de Falanigio congregatam in ecclesia dicte parrochie ad instantiam juratorum dicte parrochie prout est moris constituti le-

gittime cum publico instrumento facto die dominica intitulata sexto idus junii anno predicto per Petrum Raimundi notarium publicum Majorice ad ea que inferius continentur in presentia notarii et testium subscriptorum ad hec spetialiter vocatorum proprio nomine ipsorum et totius universitatis dicte parrochie et singularium ex ipsis et successorum suorum fecerunt et prestiterunt illustrissimo ac magnifico principi et domino domino Petro Dei gratia Regi Aragonum Valentie Majorice Sardinie et Corsice comitique Barchinone existenti personaliter in aula inferiori castri Majorice homagium ore et manibus ac sacramentum fidelitatis tactis per eos quatuor Dei evangeliis et cruce Domini sub fide cujus homagii et religionis sacramenti promiserunt nominibus quibus supra eidem domino Regi quod ipsi et dicta universitas et singulares ejusdem et eorum successores erunt ipsi domino Regi et successoribus ejus contra omnem hominem mundi boni fideles et legales homines et subjecti ejusdem domini Regis et suorum successorum. Et quod portabunt eidem domino Regi et dictis successoribus suis bonam et rectam ac legalem fidem quodque facient et complebunt omnia alia que ad fidelitatem pertineant prout fideles homines et subjecti debent et tenentur portare ac facere eorum domino naturali. Pro quibus omnibus et singulis supradictis attendendis et complendis iidem procuratores sindici et actores nominibus quibus supra obligarunt memorato domino Regi se ipsos et successores ipsorum ac dictam universitatem et singulares ex ea ac successores dicte universitatis et singu-

larium ejusdem et etiam omnia bona sua et dicte universitatis et singularium eorundem. Presentibus testibus nobilibus Johanne de Arborea Arnaldo de Erillo gubernatore Regni Majorice Arnaldo de Focibus ac Raimundo de Villafrancha et Michaele de Gurrea militibus et Johanne Ferdinandi Munionis legum doctore et Arnaldo Balistarii cive Barchinone ac Jacobo de Faro jurisperito et aliis in magna multitudine congregatis.

Sig ✠ num mei Francisci Fuxi scriptoris dicti domini Regis et auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem ejusdem. Qui predictis interfui eaque in hanc formam publicam redigens requisitus scribi feci cum litteris in raso positis ubi dicitur testibus in XIIII linea et clausi.

Noverint universi. Quod die mercurii intitulata tertio idus junii anno Domini MCCC quadragesimo tertio hora videlicet vesperorum ejusdem diey Bernardus March Bernardus Nielli Simon Nielli Petrus Sabaterii procuratores sindici et actores per universitatem ville et parrochie Pollencie seu majorem partem ipsius congregatam ad sonum tube in ecclesia dicte ville et parrochie Pollencie prout est moris constituti legitime cum publico instrumento facto die qua computabatur sexto idus junii anno predicto per Guillermum Aulini notarium publicum Majorice ad ea que inferius continetur in presentia notarii et testium subscriptorum ad hec spetialiter vocatorum proprio nomine ipsorum et totius universitatis predicte et singularium ex ipsis

et successorum suorum fecerunt et prestiterunt illustrissimo et magnifico principi et domino domino Petro Dei gratia Regi Aragonum Valentie Majorice Sardinie et Corsice comitique Barchinone existenti personaliter in aula inferiori castri Majorice homagium ore et manibus ac sacramentum fidelitatis tactis per eos quatuor Dei evangeliis et cruce Domini sub fide cujus homagii et religionis sacramenti promiserunt nominibus supradictis eidem domino Regi quod ipsi et dicta universitas et singulares ejusdem et eorum successores erunt ipsi domino Regi et successoribus ejus contra omnem hominem mundi boni fideles et legales homines et subjecti ejusdem domini Regis et suorum successorum. Et quod portabunt eidem domino Regi et dictis successoribus suis bonam et rectam ac legalem fidem quodque facient et complebunt omnia alia que ad fidelitatem pertineant prout fideles homines et subjecti debent et tenentur portare ac facere eorum domino naturali. Pro quibus omnibus et singulis supradictis attendendis et complendis iidem procuratores sindici et actores nominibus quibus supra obligarunt memorato domino Regi se ipsos et successores ipsorum ac dictam universitatem et singulares ex ea ac successores dicte universitatis et singularium ejusdem et etiam omnia bona sua et dicte universitatis et singularium eorundem. Presentibus testibus nobilibus Johanne de Arborea Arnaldo de Erillo gubernatore Regni Majorice Arnaldo de Focibus ac Raimundo de Villafrancha et Michaele de Gurrea militibus et Johanne Ferdinandi Munionis legum doctore Arnaldo Ba-

listarii cive Barchinone ac Jacobo de Faro jurisperito et alis in magna multitudine congregatis.

Sig✠num mei Francisci Fuxi scriptoris dicti domini Regis et auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem ejusdem. Qui predictis interfui eaque in hanc formam publicam redigens scribi feci cum raso et aptato in linea XII ubi dicitur testibus et clausi.

Et nichilominus comparuerunt citati in conspectu et presentia dicti Domini Regis inferius nominati qui prestiterunt et fecerunt eidem domino Regi homagium et sacramentum fidelitatis in modum expressum in quodam publico instrumento inde facto cujus series sic habetur.

Noverint universi. Quod die mercurii intitulata tertio idus junii anno Domini MCCC quadragesimo tertio hora videlicet tertiarum ejusdem diey serenissimo ac magnifico principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valentie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone in aula inferiori castri Majorice personaliter existente presentibus testibus infrascriptis et in presentia etiam subscripti scriptoris et notarii et Assalt de Galiana miles Johannes Homo Dei filius Johannis Hominis Dei Franciscus Orvany Natho del Anyel Petrus Pothovi Petrus Taulagera Fulluts Guillermi Guillermus Lagostera Julianus de la Scala Anthonius Nigri Luquin Cirera Franciscus Albenguena Berengarius Dordis Guillermus de Sancto Martino

Raimundus Deus lo Fo Franciscus de Unisio Guillermus de Solerio Franciscus Mangri Petrus Ça Vila Johannes Ça Vila Marimundus Ça Rovira faber Berengarius Arnaldi faber Bernardus Rausell faber Johannes Benedicti faber Arnaldus Martini parator Jacobus Amellerii parator Guillermus Molars parator Guillermus Roerga parator Borracius de Montanyana curritor Petrus Poncii curritor Petrus Erol curritor Bernardus Oliverii curritor Nicola de Rosticol mercator Jacobus Ferrater mercator Periconus Rostego mercator Franciscus de Rostego Simon de Rostego Franciscus Natalis petrarius Dalmacius Deus lo Sal pallerius Jacobus Bernardi pallerius Martinus de Puigviader pallerius Petrus Vinis pallerius Marchus dez Claper pallerius Nicholaus Ferrarii pallerius Guillermus Lombardi ortolanus Johannes Felicis ortolanus Bartholomeus Dagramunt ortolanus Petrus de Azes Johannes ça Costa mercator Franciscus de Fontaneto mercator Bernardus de Ulmis domicellus Fredericus de Voltre mercator Petrus Torner supprapositus fustariorum Raimundus de Vilosser supprapositus fustariorum Bernardus Maçot fusterius Bernardus Christofori fusterius Bernardus ça Muntada cuyracerius Petrus Morelli sartor Guillermus de Locustaria mercator Bartholomeus Cirera mercator G. Sobrer Guillermus dez Brull et Raimundus Ça Cortada domicellus cives civitatis Majorice prestiterunt et fecerunt ipsi domino Regi homagium ore et manibus ac juramentum fidelitatis tactis per eos sacrosanctis Dei evangeliis et cruce Domini sub fide cujus homagii et religionii juramenti promiserunt ipsi domini Re-

gi quod erunt sibi contra omnem hominem mundi boni fideles et legales homines et subjecti sui. Quodque portabunt eidem domino Regi bonam rectam ac legalem fidem prout fideles homines et subjecti debent et tenentur portare eorum domino naturali. Pro quibus omnibus et singulis supradictis attendendis et complendis obligarunt memorato domini Regi quilibet ipsorum se et omnia bona sua ubique habita et habenda. Presentibus testibus nobilibus Johanne de Arborea Arnaldo de Erillo gubernatore Regni Majorice et Arnaldo de Focibus ac Raimundo de Villafrancha et Michaele de Gurrea militibus ac Johanne Ferdinandi Munionis legum doctore magistro rationali Arnaldo Balistarii cive Barchinone ac Jacobo de Faro jurisperito et pluribus aliis in magna multitudine congregatis.

Sig✠num mei Francisci Fuxi scriptoris dicti domini Regis et auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem ejusdem. Qui predictis interfui eaque in hanc formam publicam redigens requisitus scribi feci cum suppraposito in linea VI ubi dicitur Bernardus Rausell faber et cum raso et emendato n linea X ubi continetur mercator et clausi.

—

Deinde die veneris intitulata idus junii anno Domini Millesimo CCC quadragesimo tertio tam sindici universitatum et parrochiarum subscriptarum quam sin-

gulares persone degentes in civitate Majorice citati ad mandatum predicti domini Regis comparuerunt in ejus presentia et conspectu. Et dicti sindici facta fide de potestate eis tradita per universitates pro quarum parte missi fuerunt ad presentiam dicti domini Regis cum publicis instrumentis quorum tenores sunt qui sequntur.

Noverint universi. Quod die jovis festum Corporis Jesuchristi anno Domini MCCC quadragesimo tertio universitas Sancti Petri de Castaligio congregatam ad sonum preconis et in loco vocato Algayda coram capella Sancti Johannis ipsius parrochie prout est moris. In presentia Raimundi Pontiliani notarii publici Majorice et testium subscriptorum ad hec spetialiter vocatorum et rogatorum et ipsius singulares ad hec unanimiter absque contradictione et alicujus concordantes gratis et ex certa scientia et spontanea voluntate constituerunt et ordinarunt suos certos procuratores sindicos et actores Petrum Company Petrum Muleti Bernardum Reus et Jacobum Saurelli juratos dicte parrochie presentes et hanc procurationem recipientes ac sindicatum et actoriam et quemlibet ipsorum insolidum. Ita quod occupantis vel occupantium condicio melior non existat sed quod per unum vel plures inceptum fuerit per alium vel alios mediari prosequi valeat et finiri etiam si occupantem vel occupantes infirmitate vel alio impedimento legittimo contingat minime detineri ad comparendum coram excellentissi-

mo et potentissimo principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valentie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone vice et nomine et pro parte quibus supra homagium ore et manibus comendatum et fidelitatis juramentum tactis eorum manibus sacrosantis quatuor Dei evangeliis sub fide cujus homagii et religionis juramenti promitant eidem domino Regi quod universitas predicta et singulares ejusdem erunt eidem domino Regi contra omnem hominem mundi boni fideles et legales et subjecti et portabunt eidem domino Regi bonam rectam sinceram et legalem fidem sicut fideles homines et subjecti tenentur portare suo domino naturali. Et etiam ad omnia alia faciendum in et super predictis et dependentibus seu emergentibus ex eisdem et quolibet eorundem que necesaria utilia vel opportuna fuerint vel etiam que eidem Domino Regi placebunt dictam universitatem et singulares ex ea facere in premissis etiam si mandatum exigant spetiale et sint majora superius expressatis. Concedendo eisdem et eorum cuilibet super premissis omnibus et singulis liberam administrationem cum plenissima facultate. Volentes et expresse consentientes dicta universitas et ipsius singulares quod quicquid per dictos sindicos procuratores vel actores vel eorum quemlibet actum gestum vel procuratum fuerit sit ita validum et firmum perpetuo et proinde habeatur ac si a dicta universitate et singularibus ejusdem et eorum quolibet personaliter esset actum. Quoniam dicta universitas promisit firma et sollemni stipulatione in posse et manu dicti notarii stipulantis

et exigentis nomine domini Regis et aliorum omnium quorum interest vel interesse poterit vel debebit habere ratum gratum et firmum quodque super premissis omnibus et singulis per dictos procuratores sindicos vel actores et eorum quemlibet actum gestum fuerit seu etiam procuratum. Et pro predictis omnibus et singulis attendendis firmiter et complendis dicta universitas et singularium ejusdem obligarunt se et bona ipsius universitatis et singularium ejusdem et cuilibet eorum presentia et futura. Quod est actum die et anno quibus supra. Presentibus Guillermo Simonis presbitero Ferrario Rigolfi presbitero Petro Oliverii bajulo dicti loci Johanne de Bonastre Petro de Tortosa et Bernardo Reus pro testibus adhibitis rogatis et vocatis.

Sig✠num Raimundi Pontiliani notarii publici Majorice. Qui hec scripsit et clausit.

Noverint universi. Quod die mercurii intitulata tertio idus junii anno Domini Millesimo CCC quadragesimo tertio universitas parrochie Sancte Marie Marrachini de mandato bajuli ejusdem loci ante ecclesiam dicte parrochie ut est moris congregata. in presentia mei Dalmacii Navarre notarii publici Majorice infrascripti et testium subscriptorum ad hec spetialiter vocatorum et rogatorum et ipsius parrochie singulares ad hec unanimiter absque contradictione alicujus concordantes. Gratis et spontanea voluntate ac ex certa scientia constituerunt et ordinaverunt suos certos procuratores sindicos et actores Bernardum Rubei et Bartolomeum Gisberti juratos dicte parrochie presentes

et hanc procurationem sindicatum et actoriam recipientes et quemlibet ipsorum insolidum. Ita quod occupantis vel occupantium conditio melior non existat sed quod per unum inceptum fuerit per alium mediari prosequi valeat et finiri etiam si occupantem infirmitate vel alio impedimento legittimo contingat minime detineri ad comparendum coram excellentissimo principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valentie Majorice Sardinie et Corsice et comite Barchinone vice nomine et pro parte dicte universitatis et singularium ejusdem et ad prestandum eidem domino Regi vero et naturali domino ipsius universitatis et singularium ejusdem vice nomine et pro parte quibus suppra homagium ore et manibus comendatum et fidelitatis juramentum tactis eorum manibus sacrosanctis quatuor Dei evangeliis sub fide cujus homagii et religionis juramenti promitant eidem domino Regi quod universitas predicta et singulares ejusdem erunt eidem domino Regi contra omnem hominem mundi boni fideles et legales homines et subjecti et portabunt eidem domino Regi bonam rectam sinceram et legalem fidem sicuti fideles homines et subjecti debent et tenentur portare suo domino naturali. Et etiam ad omnia alia faciendum in et super predictis et dependentibus seu emergentibus ex eisdem et quolibet eorundem que necessaria utilia vel opportuna fuerint vel etiam que eidem domino Regi placebunt dictam universitatem et singulares ex ea facere in premissis etiam si mandatum exigant spetiale et sint majora superius expressatis. Concedendo eisdem et eorum cuilibet super premissis

omnibus et singulis liberam administrationem cum plenissima facultate. Volentes et expresse consentientes dicta universitas et ipsius singulares quod quicquid per dictos sindicos procuratores et actores vel eorum quemlibet actum gestum vel procuratum fuerit sit ita validum et firmum perpetuo et perinde habeatur ac si a dicta universitate et singularibus ejusdem et eorum quolibet personaliter esset actum. Quoniam dicta universitas promisit firma et sollempni stipulatione in posse et manu dicti notarii stipulantis et exigentis nomine domini Regis et aliorum omnium quorum interest vel interesse poterit vel debebit habere ratum gratum et firmum quicquid super premissis omnibus et singulis per dictos procuratores sindicos et actores et eorum quemlibet actum gestum fuerit seu etiam procuratum. Et pro predictis omnibus et singulis attendendis firmiter et complendis dicta universitas et singulares ejusdem obligarunt se et bona ipsius universitatis et singularium ejusdem et cujuslibet eorundem presentia et futura. Quod est actum die et anno quibus supra presentibus Ferrario Scot rectore dicte ecclesie Francisco Scot ejus fratre Bernardo Albussani et Johanne Bassa pro testibus adhibitis vocatis et rogatis.

Sig✠num Dalmacii Navarre notarii Majorice publici. Qui predictis interfuit et ea rogatus scribi fecit et clausit cum suppraposito in linea sextadecima ubi dicitur presentibus.

Noverint universi. Quod nos Antonius Albinyana ba-

julus parrochie Sancte Marie de Camino Jacobus Massot Bernardus Magistri Gombaldus de Frexiis Petrus Mascharoni Guillermonus Loat Berengarius Marçet Francischus Eximini Guillermonus Riquerii Petrus Davidis Berengarius Castilionis et major pars universitatis dicte parrochie congregata voce preconia ut est moris in porticu ecclesie Sancte Marie de Camino. In presentia notarii et testium infrascriptorum ad hec spetialiter vocatorum et rogatorum et ipsius singulares una nobiscum ad infrascripta unanimiter absque contradictione alicujus concordantes. Gratis et ex certa scientia constituimus eligimus et ordinamos vos Arnaldum Magistri juratum dicte parrochie et Petrum Figerie habitatorem ejusdem presentes et recipientes procuratores sindicos et actores nostros et dicte universitatis et utrumque vestrum insolidum. Ita quod occupantis conditio melior non existat set quod per unum vestrum inceptum fuerit per alterum vestrum valeat resumi mediari atque finiri etiam si occupantem infirmitate vel alio impedimento legittimo contingat minime detineri ad comparendum coram excellentissimo et potentissimo principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valentie Majorice Sardinie et Corsice Comiteque Barchinone vice nomine et pro parte dicte universitatis et singularium ejusdem. Et ad prestandum eidem domino Regi tanquam vero et naturali domino nostro et ipsius universitatis et ejusdem singularium vice nomine et pro parte quibus supra homagium ore et manibus commendatum et fidelitatis juramentum tactis manibus vestris sacrosanc-

tis Dei quatuor evangeliis sub fide cujus homagii et religionis juramento promitatis eidem domino Regi quod nos et universitas predicta et singulares ejusdem erimus eidem domino Regi contra omnem hominem mundi boni fideles et legales homines et subjecti debent et tenentur portare suo domino naturali. Et etiam ad omnia alia faciendum in et super predictis et depeńdentibus seu emergentibus ex eisdem et quolibet eorundem que necessaria utilia fuerint vel etiam que eidem domino Regi placebunt nos et dictam universitatem et singulares ex ea facere in premissis etiam si mandatum exigant spetiale et sint majora superius expressatis. Concedendo vobis et utrique vestrum super premissis omnibus et singulis liberam administrationem cum plenissima facultate. Volentes et expresse consentientes nos et dicta universitas et ipsius singulares quod quicquid per vos sindicos procuratores vel actores nostros seu utrumque vestrum in premissis actum gestum vel procuratum fuerit sit ita validum et firmum perpetuo et perinde habeatur ac si a nobis et dicta universitate et singularibus ejusdem et eorum quolibet personaliter esset actum. Quoniam nos promittimus firma et sollempni stipulatione in posse et manu notarii infrascripti stipulantis et exigentis hec nomine dicti domini Regis et aliorum omnium quorum interest vel interesse poterit vel debebit habere ratum gratum et firmum quicquid super premissis omnibus et singulis per vos dictos procuratores sindicos vel actores nostros et utrumque vestrum actum gestum fuerit seu etiam procuratum. Et pro predictis omnibus et

singulis attendendis firmiter et complendis obligamus nos et bona nostra et universitatis predicte et singularium ejusdem et cujuslibet eorundem presentia et futura. Actum est hoc Majorice quarto idus junii anno Domini MCCC quadragesimo tertio. Sig✠✠✠✠✠ ✠✠✠✠✠✠✠✠ na Anthonii Albinyana Jacobi Massot Bernardi Magistri Gonbaldi de Fexiis Petri Mascharoni Guillermoni Loat Berengarii Mercer Francisci Eymerici Guillermoni Riquerii Petri Davidis Berengarii Oliva ac Berengarii Castilionis predictorum. Qui hec laudamus et firmamns.

Testes hujus rei sunt Arnaldus Serdoni Petrus Poch Guillermus Merfagay Petrus Buada Petrus Magistri Raimundus de Berga et Berengarius Tayalocha.

Sig✠num Raimundi de Bagnariis notarii Majorice. Qui hec scripsit et clausit.

Pateat universis. Quod die dominica intitulata sexto idus junii anno Domini MCCC quadragesimo tertio. Congregatione facta consulum sive juratorum insule Minorice videlicet Jacobi Morages Bernardi Martorelli et Guillermi de Podio juratorum insule Minorice una cum Galcerando de Roaxio domicello absente qui tunc perquisitus nullatenus potuit inveniri et omnium consiliariorum consilii universitatis ejusdem insule tam ville Ciutadelle quam aliorum locorum ejusdem insule videlicet termini castri de Maho et termini castri Sancte Agathe ac popule et bajulivi de Hialor ejusdem insule Minorice nec non plurium aliorum et diversorum habitatorum insule ejusdem prout moris est

per Jordanum Davidis nuntium eorundem juratorum vocatorum in domo videlicet capituli Monasterii fratruum minorum dicte ville Ciutadelle. In presentia mei notarii infrascripti et testium subscriptorum ad hec spetialiter vocatorum et rogatorum ipsa universitas et ipsius singulares ad hec unanimiter absque contradictione alicujus concordantes gratis et spontanea voluntate ac ex certa scientia constituerunt et ordinaverunt suos certos procuratores sindicos et actores predictum Jacobum Moragues juratum insule Minorice antedicte Petrum Squille Simonem Geraldi jurisperitum et Martinum Luppeti dicte ville Ciutadelle habitatores et Johannem Juneda habitatorem castri de Maho sindicumque loci ejusdem et Jacobum Padrola habitatorem et sindicum termini castri Sancte Agathe et Monsserratum Albi habitatorem popule et bajulivi de Hialor et sindicum ejusdem loci presentes et hanc procurationem sindicatum et actoriam sponte suscipientes et quemlibet ipsorum insolidum. Ita quod occupantis vel occupantium conditio melior non existat sed quod per unum vel plures inceptum fuerit per alium vel alios mediari prosequi valeat et finiri etiam si occupantem vel occupantes infirmitate vel alio impedimento legittimo contingat minime detineri ad comparendum coram excellentissimo ac potentissimo principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valentie Majorice Sardinie et Corsice comitequc Barchinone vice nomine et pro parte dicte universitatis et singularium ejusdem. Et ad prestandum eidem domino Regi tanquam vero et naturali domino ipsius universitatis et ejus-

dem singularium vice nomine et pro parte quibus supra homagium ore et manibus comendatum et fidelitatis juramentum tactis eorum manibus sacrosanctis quatuor Dei evangeliis sub fide cujus homagii et religionis juramenti promittant eidem domino Regi quod universitas predicta et singulares ejusdem erunt eidem domino Regi contra omnem hominem mundi boni fideles et legales homines et subjecti et portabunt eidem domino Regi bonam rectam sinceram ac legalem fidem sicuti fideles homines et subjecti debent et tenentur portare suo domino naturali. Et ad optinendum de jure vel alio justo modo et justa causa et etiam ratione absolutionem homagii et sacramenti fidelitatis que dudum fecerunt illustri domino Jacobo in principio sui regiminis quando ad ipsum pervenit Regnum Majorice et aliis antecessoribus regibus Majorice nec non et ad optinendum et impetrandum securitatem quod dicti Illustris domini Jacobi et sui filii seu heredes jus si quod habent in dicta insula Minorice non obstantibus supradictis sit ac remaneat eis salvum. Novissime inquam ad petendum impetrandum procurandum et optinendum ab eodem domino Rege bonos usos gracias privilegia libertates inmmunitates et franchisias et etiam bonorum usuum gratiarum privilegiorum libertatum inmmunitatum et franchisiarum restitutionem et omnia etiam alia et singula que cognoverint fore necessaria et utilia circa necessitatem comodum et utilitatem insule Minorice sepedicte et hominum sive universitatis ejusdem. Et ad recipiendum a jam dicto domino Rege et tractandum cum eodem ordinan-

dum faciendum gerendum explicandum exercendum omnia alia universa et singula que cedant honori comodo et utilitati dicti domini Regis et suorum subditorum populatorum degentium etiam et conmorantium in tota insula supradicta. Et ad omnia alia faciendum in et super predictis dependentibus seu emergentibus ex eisdem et quolibet eorundem que necessaria utilia vel opportuna fuerint vel etiam que eidem domino Regi placebunt dictam universitatem et singulares ex ea facere in premissis. Concedendo eisdem et eorum cuilibet super premissis omnibus et singulis liberam administrationem cum plenissima facultate. Volentes et expresse consentientes dicta universitas et ipsius singulares quod quicquid per dictos sindicos procuratores vel actores vel eorum quemlibet actum gestum vel procuratum fuerit sit ita validum et firmum perpetuo et perinde habeatur ac si a dicta universitate et singularibus ejusdem et eorum quolibet personaliter esset actum. Quoniam dicta universitas promisit firma et sollempni stipulatione in manu et posse dicti notarii stipulantis et exigentis nomine domini Regis antedicti et aliorum omnium quorum intersit vel interesse poterit vel debebit habere ratum gratum et firmum quicquid super predictis omnibus et singulis per dictos procuratores sindicos vel actores et eorum quemlibet actum gestum fuerit seu etiam procuratum. Et pro predictis omnibus attendendis firmiter et complendis dicta universitas et singulares ejusdem obligarunt se et bona ipsius universitatis et singularium ejusdem et cujuslibet eorundem presentia et futura. Quod est actum die

et anno quibus supra. Presentibus testibus Bernardo Asnar Berengario de Amerio mercatoribus Bernardo de Torrente Francisco Solerii marinariis Bernardo Banyoles et Bartholomeo Bertrandi dicte insule Minorice habitatoribus ad hec spetialiter vocatis et rogatis.

Sig✠num Bernardi Dalmacii notarii publici Majorice. Qui hec scripsit et clausit cum supraposito in linea XIIII ubi dicitur jus.

Pateat universis. Quod nos Guillermus Porcelli bajulus parrochie de Andraig Guillermus Benedicti et Philipus Tionis jurati dicte parrochie vocatis voce preconia ut est moris Jacobo Nonis Petro de Vico Guillermo Provincialis Ferrario Podiolli Bernardo Trobati Dominico Sancii et Bernardo Jofredi habitatoribus dicte parrochie et tota universitate ipsius parrochie seu majori parte ejusdem universitatis et ipsius hominibus congregatis in platea dicte parrochie de Andraig ipsisque unanimiter nobiscum concordantibus volentibus et consentientibus gratis et ex certa scientia constituimus et ordinamus vos Baltar de Fexiis et Petrum Jovera dicte parrochie presentes et recipientes procuratores sindicos et actores nostros et dicte universitatis. Ita quod non sit melior conditio occupantis sed quod per unum vestrum inceptum fuerit per alium valeat resumi mediari atque finiri etiam si occupantem infirmitate vel alio impedimento legittimo contingat minime detineri ad comparendum coram excellentissimo et potentissimo principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valentie Majorice Sar-

dinie et Corsice comiteque Barchinone vice nomine nostrum et pro parte dicte universitatis et singularium ejusdem. Et ad prestandum eidem domino Regi tanquam vero et naturali domino nostro et ipsius universitatis et ejusdem singularium vice nomine et pro parte quibus supra homagium ore et manibus comendatum et fidelitatis juramentum tactis manibus vestris sacrosantis quatuor Dei evangeliis sub fide cujus homagii et religionis juramenti promittatis eidem domino Regi quod nos et universitas predicta et singulares ejusdem erunt eidem domino Regi contra omnem hominem mundi boni fideles et legales homines et subjecti et procurabimus eidem domino Regi bonam rectam sinceram et legalem fidem sicuti fideles homines et subjecti debent et tenentur portare suo domino naturali. Et etiam ad omnia alia faciendum in et super predictis et dependentibus seu emergentibus ex eisdem et quolibet eorumdem que necessaria utilia vel opportuna fuerint vel etiam que eidem domino Regi placebunt nos et dictam universitatem et singulares ex ea facere in premissis etiam si mandatum exigant spetiale et sint majora superius expressatis. Concedendo vobis et utrique vestrum super premissis omnibus et singulis liberam administrationem cum plenissima facultate. Volentes et expresse consentientes nos et dicta universitas ac ipsius singulares quod quicquid per vos dictos sindicos procuratores vel actores nostros vel utrumque vestrum in premissis actum gestum vel procuratum fuerit sit ita validum et firmum perpetuo et perinde habeatur ac si a nobis et dicta universitate et singularium ejus-

dem et eorum quolibet personaliter esset actum. Quoniam nos promittimus firma et sollempni stipulatione in posse et manu infrascripti notarii stipulantis et exigentis hoc nomine domini Regis et aliorum omnium quorum interest et interesse poterit vel debebit habere ratum gratum et firmum quicquid super premissis omnibus et singulis per vos dictos procuratores sindicos vel actores et utrumque vestrum actum gestum fuerit seu etiam procuratum. Et pro predictis omnibus et singulis attendendis firmiter et complendis obligamus nos et bona nostra et universitatis predicte et singularium ejusdem et cujuslibet eorundem presentia et futura. Actum est hoc Majorice sexto idus junii anno Domini MCCC quadragesimo tertio. Sig ✠✠✠✠✠ ✠✠✠✠✠ na G. Porcelli G. Benedicti Filipi Nonis Jacobi Tionis Petri de Vico G. Provincialis Ferrarii Podiolli Bernardi Trobati Dominici Sancii et Bernardi Jofredi predictorum. Qui hec laudamus et firmamus.

Testes hujus rei sunt Michael Ensenyat Petrus Benedicti R. Guasch P. de Plano et Bartholomeus Pelliperii.

Sig ✠ num Raimundi de Bagnariis notarii Majorice. Qui hec scribi fecit et clausit.

Noverint universi. Quod die sabbati intitulata septimo idus junii anno Domini MCCC quadragesimo tertio. Congregata universitate Evisse ad sonum tube et vocem preconis intus ecclesiam Beate Marie Evisse ut est moris. In presentia mei Berengarii Cardona notarii publici Evisse pro Arnaldo de Torrentibus notario pu-

blico ejusdem loci et testium infrascriptorum ad hec spetialiter vocatorom comparuerunt Laurencius de Mansilia Franciscus de Valle et Bernardus de Cumba jurati Evisse et obtulerunt ac presentarunt et per me dictum notarium dicte universitati publice legi fecerunt quandam patentem litteram illustrissimi et potentissimi domini domini Petri Dei gratia Regis Aragonum Valentie Majorice Sardinie et Corsice et comitis Barchinone sigillatum in dorso sigillo antiguo dicti domini Regis cere virmilie ut in dicta litera de antiquitate dicti sigilli mentio fiebat cujusquidem litere tenor in nominibus sic se habet. En Pere per la gracia de Deu Rey Darago de Vatencia de Mallorche de Sardenya e de Corcega e compte de Barcelona. Als feels seus los prohomens e universitat del castell e de la vila de Evissa. Saluts e gracia. Con nos per raho de firma de dret per justes rahons requesta e a nos contradita per lalt En Jacme que tenia per nos en feu entre les altres terres lo Regne de Mallorcha ab totes les illes a aquell adjaents e per altres justes rahons en lo proces daquen fet contengudes ajam proceit et proceischam contra aquell Jacme e lo dit Regne et les altres terres feudals a aprehensio e empara real per la qual cosa nos personalment faen exequcio del dit proces ab lo nostre stol ajam presa terra e possessio et apprehensio real a Paguera qui es dins lo dit Regne de Mallorcha per aquell Regne e les dites illes a aquell adjaents encara ajam presa a nostra ma e tingam poderosament la ciutat de Mallorcha e la universitat de la dita ciutat aja fet a nos axi com a ver e natural Senyor lur homenat-

reperimus duriorem neclecta per ipsum pena sevissima que vassallis diferentibus et concendentibus firmam facere de directo per dictos usaticos quibus subest pro dictis feudis infligitur ipso facto. Rursus cupientes admodum illius cor saxeum a tanti erroris precipio linimento clementie revocare prorogavimus ei guidaticum quo pendente cum ex superabundantia cordis quod inviti fari cogimur non posset ulterius fomitem sue conscientie vulnerate quem diu tenuerat in occulto contegere presens adhuc in civitate prefata prorupuit in abusiones sequentes quod videlicet conventiones et infeudationes prefate viribus et efectu carebant. Nec non Regnum comitatus et terras predictas a nobis in feudum tenere cum scripturis contemptibiliter denegavit non attento quod modico lapso tempore conventiones et infeudationes prefatas presente copiosa gentium multitudine tenere pro nobis in feudum eum sacramento et homagio recognoverat sicut edocent liquide publica munimenta. Nec per dictum apostolicum nuntium seu alium quemvis ad aliquam viam trahi potuit rationis sed ab ipsa civitate repente recessit relicta inibi preclara Constancia Regina dudum Majorice consorte sua sorore nostra karissima domina utique provida honestate pudoris aliarumque virtutum pulcritudine decorata nullo recepto conmagio ab eadem nec dimissis ei familiis aliquibus. Et tempore durante guidatici memorati nullaque difidatione previa mercatores et alios nostros subditos cepit et eorum bona rapuit in terris feudalibus antefatis. Et extunc deteriora continuatis predas invasiones insultus neces

expugnationes et vulnera nostris terris et subditis errogavit. Nec denique Rex olim prefatas ejusdem cardinalis tractatibus trahi potuit ad judicium rationis. Quinimo persuasiones et exortationes dicti cardinalis et salutares monitus obaudivit ac continue moliebatur contra nos hostiles exercere conatus. Nos quidem ad nostri reintegrationem patrimonii et propulsandas tam atroces injurias et conceptus deficere nequeuntes pridem cum armato navigio et felici stolio nostro apulimus ad portum de Pegaria dicti Majorice Regni die vicesima quinta mensis madii proxime lapsi. Rexque dudum prefatus existens homo noster ligius et vassallus non erubuit cum exercitibus equitum et peditum dicti Regni erecto vexillo et ordinatis agminibns nostro personali conspectui hostiliter apparere nostrosque debellare exercitus ac signis nostris victricibus non sine nota sevissima contraire. Illius tamen et ejus numerosi exercitus resistentia non obstante classem nostram fiximus litori dicti portus et cum stremis bellatoribus nostris qui venebantur in illa dictum olim Regem cum suis exercitibus agressi fuimus viriliter et potenter in ejus altissimi nomine qui prosequi justitiam cause nostre et qui nostras docuit manus ad prelium et signis nostris victricibus fecit esse proprium inimicos feliciter superare. Et nonnullis in conflictu peremptis idem Rex olim cum suis exercitibus quos almugaveri nostri insecuti fuerunt fere usque ad menia civitatis per ignominiose fuge remedium proximum excidium evitavit et aliqui se per montanearum latibula receptantes interitum evaserunt. Plurimos tamen

ex illis quos clementer abire permisimus potuissemus in ore gladii delevisse. Apprehensa siquidam terra potenter dictique dudum Regis et ejus exercituum exterminio subsecuto tentoria nostra paravimus et acies nostras ordinari fecimus ad apprehensionem dicte civitatis Majorice et castrorum villarum atque locorum regni ejusdem continue processuri. Die vero ultima dicti mensis ipso dudum rege cum nonnullis suis complicibus a civitate ac Regno prefatis perocculte fuge festinantiam jam absente cives et incole civitatis ipsius tam justitia nostra agnita quam viribus nostris expertis super apprehensione civitatis ejusdem nullam nobis fecerunt resistentiam sed pacientiam prestiterunt prout tenebantur ad hec ex antiquicis conventionibus et promissionibus per eos predecessoribus nostris factis sacramentis et homagiis roboratis. Et tandem castris villis et locis aliis nostro domino feliciter acquisitis dictum regnum cum eis adjacentibus insulis pacifice possidemus. Quibus opportune dispositis ad apprehensionem aliarum terrarum feudalium nostros proponimus cum Dei auxilio festinare processus. Hec siquidem clementie vestre harum serie intimamus vestre beatitudini humiliter supplicantes quod more patris benevoli amplectentes justitiam nostram meridiali radio clariorem nec non excessus gravissimos atroces injurias et exemplo perniciosa crimina prefati dudum Majorice Regis qui dignus ad regimen non extitit nec existit more namque tirannice sit extorsionibus impressionibus et rapinis seviebat in subditos qui nostri erant principaliter homines et vassalli quod ipsum Reg-

num nec non alias terras suas feudales et degentes in eis pararat excidio et exinanitioni deduxerat miserande recti censura judicii detestantes nullum contra nos idem Rex olim invenerat in sinu vestre sanctitatis auxilium vel favorem. Almam personam vestram ad sua sacra servicia merito prelectam conservet altissimus per tempora longiora. Et quia sigilla nova nondum fieri feceramus presente sigillo nostro antiquo jussimus sigillari. Datum in civitate Majorice idus junii anno Domini MCCC quadragesimo tertio. A. Vicecancellarius.

Cui quidem litere dominus Papa fecit cum litera sua pergamenea sigillo bulle papalis plumbee comunita responsionem sequentem.

Clemens Episcopus servus servorum Dei carissimo in Christo filio Petro Regi Aragonum illustri. Salutem et apostolicam benedictionem. Regalis excellentie litteras quas ad justificationem processuum et aliorum que per te fili carissime facta fuerunt hiis diebus preteritis contra carissimum in Christo filium nostrum Jacobum Regem Majorice illustrem nostro apelatui noviter destinasti solita benignitate recepimus et que continebantur in eis pleno colligimus intellectu. Sane fili delectissime quamvis premissa tam gestis diversis inter clare memorie Reges Aragonum et Majorice olim habitis quam eficacium rationum eloquiis elegantibus justificare fortiter per illa que describuntur in predictis litteris videaris. Pro parte tamen Regis predicti excusatio-

nes èt rationes allegantur que justificare videntur non parum e contrario factum suum. Verum quia Rex ipse de domo et prosapia tua regia processisse noscitur et tibi nexu sanguinis et afinitatis Dei propinquo non modicum cum sororem tuam germanam in uxorem habeat ex qua prolem utriusque sexus suscepit proculdubio est conjunctus si laudabilia progenitorum tuorum vestigia immitari sicut te docet curaveris tuis convenire honoribus non videtur ut ad Regis prefati suique primogeniti nepotis tui qui ei de jure debet succedere aspires exterminium quomodolibet vel intendas. Nam Rex ipse nequiret sic confundi te predictoque nepote tuo ipsius Regis primogenito ac carissima in Christo filia nostra Constancia Regina Majorice illustri germana tua ipsuisque Regis conjuge remanentibus inconfusis. Quocirca regalem tuam rogamus excellenciam attentius et per Dei misericordiam obsecramus quatenus hec et alia que regie considerationi posset super hiis occurrere intra pectoris regii claustra revolvens et considerans nichilominus diligenter quod postquam super cepto negotio contra Regem eundem honorem recepisti votivum regnis debet animus ad pacem et misericordiam inclinari cum sacra teste scriptura firmetur clementia thronus regis erga Regem prefatum domumque suam quam velut propriam ex premissis causis et multis aliis teneris prosequi graciis ac favoribus opportunis non solum justitia sed etiam gratia velis uti. Porro quia didiscimus ab experto quod dilectus filius noster Bernardus tituli Sancti Ciriaci in termis presbiter Cardinalis apostoli-

ce Sedis nuntius tui honoris et comodi fervidus zelator existit ipsum ad te fili amantissime partesque illas preter premissa spetialiter providimus destinandum cujus monitis consiliis et exortationibus in hac parte salubribus sic benigne clementer et pie quesumus acquiescas quod tali et tante tanquam honorabili victorie clementie succedente fama tui nominis et honoris exinde felicia per orbem incrementa suscipiat et apud Deum qui pios et misericordes sic diligit quod ipse pater misericordiarum eis misericordiam repromitat uberiorem in presenti gratiam et in futuro beatitudinis gloriam consequaris. Datum apud villam novam Avinionensis diocesis kalendas julii Pontificatus nostri anno secundo.

Franciscus.

Reverendis in Christo patribus dominis sacro collegio Cardinalium Romane Ecclesie sacrosancte spetialibus amicis nostris. Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valentie Majorice Sardinie etc. Salutem pariter et honorem. Noveritis nos domino Summo Pontifici post assuete reverentie titulum scribere in hac verba. Quamquam pie pater nostrorum fundamenta processuum quos incepimus contra inclitum Jacobum etc. Inserto toto tenore istius litere proxime de super registrate. Et post ejus datam fuit additum quod sequitur. Quo circa benivolam paternitatem vestram intimis afectibus deprecamur quatenus premissis in recti statera judicii ponderatis dicto inclito Jacobo in sua malicia au-

res favorabiles excidium nostre justitie minime probatis. Et quia sigilla etc. Datum ut supra.

Reverendo in Christo Patri domino Bernardo divina providentia tituli Sancti Ciriaci in termis presbitero cardinali spetiali amico nostro Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valentie Majorice Sardinie etc. Salutem pariter et honorem. Noveritis nos domino Summo Pontifici post assuete reverentie titulum scribere in hac verba. Quamquam pie pater nostrorum fundamenta processuum quos incepimus contra inclitum Jacobum dudum Majorice Regem. Inserto toto tenore istius litere de super in proximis precedentibus foliis registrate. Et post ejus datam fuit additum quod sequitur. Idcirco paternitatem vestram experimento probabili novimus et pro firmo tenemus ex intima cordis afectione quam erga nos et domum nostram Aragonum geritis successuum nostrorum felicium non expertem ac ex adaucte nobis prosperitatis eventu in se letitie jubilum assumere in immensum premissa vobis ad gaudium providimus intimanda eandem paternitatem intimis afectibus deprecantes quatenus apud dominum Summum Pontificem ne contra nos audiat vel exaudiat aliquas oblutiones fictas que coram eo pro parte dicti dudum Regis forsitan exponentur sollicite vobis insistere placeat et velitis sicuti de amicitia vestra plene confidimus nostris precibus et honore. Et requirebimur quam plurimum illud vobis. Et quia sigilla nova etc. Datum ut supra.

Inserto tenore dicte litere domino Summo Pontifici directe fuit missa similis littera verbis competenter mutatis dilecto Bonifacio Ferrarii legum doctori procuratori regio in Romana Curia.

Illustri et magnifico principi Philipo Dei gratia Francie Regi consanguineo nostro karissimo Petrus per eandem Rex Aragonum Valentie Majorice Sardinie et Corsice comesque Barchinone. Salutem et prosperos ad vota successus. Quia novimus celsitudinem vestram successuum nostrorum felicium non experere aducte nobis prosperitatis eventum vobis ad gaudium providimus intimandum. Equidem ad nostri patrimonii reintegrationem jurium quibus inclitus Jacobus olim Rex Majorice privare nos satagit et sategit prout alias vestra didicit magnitudo nec desistit contra nos et gentes ac terras nostras hostiles exercendo conatus deficere nequentes nuper cum armato navigio et felici stolio nostro apulimus ad portum de Pegaria regni Majorice die vicesima quinta mensis madii proxime lapsi Rex quod dudum prefatus existens homo noster ligius et vassallus pro feudis que pro nobis tenet intra limites nostri Regni non erubuit cum tota potentia equitum et peditum dicti Regni erecto vexillo et ordinatis agminibus nostro personali conspectui hostiliter apparere nostrosque debellare exercitus ac signis nostris victricibus non sine nota sevissima contraire illius tamen et ejus numerosi exercitus resistentia non obstante classem nostram fiximus litori dicti por-

tus et cum strenuis bellatoribus nostris qui vehebantur in illa dictum olim Regem cum suis gentibus agressi fuimus viriliter et potenter in Dei nomine qui prosequitur justitiam cause nostre. Et nonnullis in conflictu peremptis idem Rex olim cum dictis suis gentibus quas almugaveri nostri insecuti fuerunt fere usque ad menia civitatis per ignominiose fuge remedium proximum excidium evitavit. Et aliqui se per montanearum latibula receptantes intentum evaserunt. Plurimos tamen ex illis quos clementer abire permisimus potuissemus in ore gladii delevisse. Apprehensa siquidem terra potenter dictique dudum Regis et ejus exercituum exterminio subsecuto tentoria poravimus et acies nostras ordinari fecimus ad apprehensionem dicte civitatis Majorice et castrorum villarum atque locorum Regni ejusdem continuo processuri. Die vero ultima dicti mensis ipso dudum Rege cum non nullis suis complicibus a civitate ac Regno prefatis per occulte fuge festinantia jam absente cives et incole civitatis ipsius tam justa nostra agnita quam juribus nostris agnitis in apprehensione civitatis predicte nobis patientiam prestiterunt prout tenebantur ad hec ex antiquis conventionibus et promissionibus dudum factis et sacramentis et homagiis roboratis. Et tandem castris villis et locis aliis nostro dominio feliciter acquisitis dictum Regnum cum ei adjacentibus insulis pacifice possidemus. Quibus opportune dispositis ad apprehensionem aliarum terrarum feudalium inter limites nostri regni nostri sistentium nostros proponimus cum Dei auxilio festinare processus. Ideo magnificen-

tiam vestram intime afectionibus deprecamus quatenus favendo justitiam nostro meridiali lumine clariori quosdam equites et pedites qui de terris vestris contra vestras inhibitiones expressas ad terras Rossilionis venerunt eidem dudum Regi subsidium prestituri taliter percellatis quod cedat ceteris inibitionum vestrarum transgressoribus in exemplum nec non faciat vestra serenitas ammodo prefatas inibitiones sollicite custodiri. Et quia sigilla nova nondum fieri feceramus presentem sigillo nostro antiquo jussimus sigillari. Datum in civitate Majorice idus junii anno Domini Millesimo trecentesimo quadragesimo tertio. A. Vicecancellarius.

Similis litera prescripte que missa fuit Regi Francie fuit missa illustri et magnifico principi Andree Dei gratia Jherusalem et Sicilie Regi consanguineo domini Regis usque ad verba illa Ideo magnificencia. Et tunc fuit additum quod sequitur. Sane sicut vestram credimus magnificentiam non latere inter progenitores et predecessores illustris domini Roberti bone memorie Jherusalem et Sicilie Regis patrui nostri magni per se suos et progenitores nostros eorumque successores ad invicem pacis perpetuo federa de assensu domini Bonifacii Pape octavi ac ipsi sedisque apostolice auctoritate ac robore dudum firmata fuerunt et inita. Ideo magestatem vestram attente requirimus et afectuose rogamus quatinus memorato dudum Regi Majorice rebelli nostro non faciatis vel per quempiam de terris et districtui vestro permittatis publice vel occulte contra nos fieri vel prestari subsidium aliquod auxilium vel

favorem. Nam si fierent quod nallatenus oppinamur pacem ipsam proculdubio violarent quam sinceris afectibus intactam servare proponimus et illesam. Et quia sigilla nova etc. Datum in civitate Majorice idus junii anno Domini MCCC quadragesimo tertio.

Similis litera verbis competenter mutatis usque ad verba illa Ideo magnificentiam fuit missa illustri et magnifice domine Sanctie Dei gratia Jherusalem et Sicilie Regis relicte. Et tunc fuit facta conclusio ut sequitur. Sane sicut vestram credimus magnificentiam non latere inter progenitores et predecessores illustris Andree Jherusalem et Sicilie Regis consanguinei nostri karissimi atque nostros per se et successores adinvicem utriusque pacis perpetue federa de assensu domini Bonifacii Pape octavi ac ipsius sedisque apostolice auctoritate ac robore dudum firmata fuerunt et inita. Ideo magestatem vestram attente requirimus et afectuose rogamus quatenus memorato dudum Regi Majorice rebelli nostro non faciatis nec quantum in vobis fuerit fieri permittatis per quempiam de terris et districtibus vestris generali vel spetiali dominio dicti Regis Andree subjectis publice vel occulte contra fieri vel prestari subsidium aliquod auxilium vel favorem. Nam hec si fierent quod nullatenus oppinamur pacem ipsam proculdubio violarent quam sinceris afectibus intactam servare proponimus et illesam. Et quia sigilla nova etc. Datum ut supra.

Similis litera fuit missa per omnia illustri et magnifice domine. . . . . Dei gratia Jherusalem et Sicilie Regine.

Similis litera illius que missa fuit Regi Francie fuit missa illustri et magnifico principi domino Ludovico Dei gratia Sicilie Regi consanguineo domini Regis usque ad verba Ideo magnificentiam. Et quia sigilla nova. Datum ut supra.

Similis litera istius que missa fuit Regi Ludovico fuit missa Egregio viro Simoni de Bucanigra totius populi defensori duci Janue.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valentie Majorice Sardinie et Corsice comesque Barchinone nobili et dilecto Guillermo de Cervilione gubernatori generali Sardinie et Corsice Regni. Salutem et dilectionem. Ecce quod Egregio viro Simoni de Bucanigra duci Janue quasdam per vos mittendas litteras destinamus. Quocirca vobis dicimus et mandamus quatenus ipsas literas quas per fidelem de domo nostra Sanccium de Lorda vobis mittimus cum presenti eidem duci visis presentibus destinetis. Et quia sigilla nova nondum fieri feceramus presentem sigillo nostro antiquo jussimus sigillari. Datum Majorice idus junii anno Domini MCCC quadragesimo tertio. A. Vicecancellarius.

Postmodum die lune intitulata sextodecimo kalen-

das julii anno proxime dicto inferius nominati fecerunt et prestiterunt nobili Arnaldo de Erillo procuratori dicti domini Regis homagium et fidelitatis juramentum prout in sequenti instrumento continetur.

Noverint universi. Quod die lune intitulata sexto decimo kalendas julii anno Domini MCCC quadragesimo tertio. Nobili Arnaldo de Erillo gubernatore Regni Majorice procuratore constituto ad hec per serenissimum dominum Petrum Dei gratia Regem Aragonum Valentie Majorice Sardinie et Corsice Comitemque Barchinone cum carta sua que data fuit Majorice nonas junii anno predicto existente personaliter in quadam camera Regia castri civitatis Majorice presentibus testibus infrascriptis et in presentia etiam subscripti scriptoris et notarii Raimundus ça Verdera domicellus Bernardus de Castelleto Petrus de Castelleto cives civitatis Majorice prestiterunt et fecerunt eidem nobili nomine dicti domini Regis homagium ore et manibus ac juramentum fidelitatis tactis per eos sacrosanctis Dei evangeliis sub fide cujus homagii ac religionis juramenti promiserunt predicto nobili nomine dicti domini Regis quod erunt dicto domino Regi contra omnem hominem mundi boni fideles et legales homines et subjecti sui. Quodque portabunt eidem domino Regi bonam rectam ac legalem fidem prout fideles homines et subjecti debent et tenentur portare eorum naturali. Pro quibus omnibus et singulis supradictis attendendis et complendis obligarunt memorato domino Regi quilibet ipsorum se et omnia bona sua ubique ha-

bita et habenda. Presentibus Bernardo de Vilarig milite ac Berengario et Simone de Trilea testibus ad hec spetialiter vocatis.

Sig✠num mei Francisci Fuxi scriptoris dicti domini Regis et auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem ejusdem. Qui predictis interfui eaque in hanc formam publicam redigens requisitus scribi feci cum raso et emendato in linea II ubi dicitur constituto et clausi.

—

Postmodum die veneris intitulata duodecimo kalendas julii anno proxime scripto Guillermus Durfortis domicellus prestitit et fecit dicto domino Regi homagium et fidelitatis juramentum prout continetur in sequenti instrumento cujus series sic se habet.

Noverint universi. Quod die veneris intitulata duodecimo kalendas julii anno Domini MCCC quadragesimo tertio. Serenissimo ac magnifico principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valentie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone in quadam camera superiori castri sui Majorice personaliter constituto presentibus testibus infrascriptis et in presentia etiam subscripti scriptoris et notarii Guillermus Durfortis domicellus prestitit et fecit ipsi domino Regi homagium ore et manibus ac juramentum fideli-

tatis tactis per eos sacrosantis Dei evangeliis et cruce Domini sub fide cujus homagii et religionis juramenti promisit ipsi domino Regi quod erit sibi contra omnem hominem mundi bonus fidelis et legalis homo et subjectus suus. Quodque portabit eidem domino Regi bonam rectam ac legalem fidem prout fidelis homo et subjectus debet et tenetur portare suo domino naturali. Pro quibus omnibus et singulis supradictis attendendis et complendis obligavit memorato domino Regi se et omnia bona sua ubique habita et habenda. Presentibus testibus nobili Arnaldo de Erillo gubernatore Regni Majorice Michaele Petri Çapata Johanne Ferdinandi magistro rationali Blasio Daysa jurisperito consiliariis dicti domini Regis.

Sig✠num mei Francisci Fuxi scriptoris dicti domini Regis et auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem ejusdem. Qui predictis interfui eaque in hanc formam publicam redigens requisitus scribi feci cum raso et emendato in linea I ubi dicitur duode et in II ubi continetur personaliter constituto et clausi.

—

Postmodum vero die dominica intitulata decimo kalendas julii anno Domini MCCCXL tertio. Sepefatus dominus Rex Petrus existens personaliter in ecclesia Beate Marie Sedis Majorice non obliviscens sed ad me-

moriam expresse reducens unionem jam per eum cum publico instrumento cujus tenor inferius est insertus factam de Regno Majorice et aliis in ipsa unione contentis Regnis Aragonum et Valentie ac comitatui Barchinone voluit et mandavit ac fecit publicari unionem eandem ipsamque validavit ac conformavit de novo cum publico instrumento et tenor ejus fuit hic insertus de mandato ipsius domini Regis qui talis est.

In Dei nomine et ejus divina gratia. Pateat universis. Quod die dominica intitulata decimo kalendas julii anno Domini MCCC quadragesimo tertio circa horam tertiarum in ecclesia kathedrali Beate Marie Sedis Majorice serenissimus dominus Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valentie Majorice Sardinie et Corsice comesque Barchinone mandavit publicari et legi preinsertum privilegium unionis cujus series sic se habet. In nomine domini nostri Jhesuchristi et gloriosissime virginis Marie matris ejus Amen. Pateat universis. Quod cum nos Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valentie Majorice Sardinie et Corsice comesque Barchinone ad curiam generalem quam nunc in civitate Valencie celebramus incolis Valencie Regni pro bono statu ejusdem convocaverimus vos inclitos infantes Petrum Rippacurcie et Montanearum de Prades comitem patruum Jacobum comitem et vicecomitem Agerensem fratrem et Raimundum Berengarii comitem Impuriarum patruum nostros carissimos nec non prelatos barones milites ei universitates civitatis et villarum regalium Regni Valencie. Et si a vobis seu ves-

tris procuratoribus et sindicis in ipsa generali curia congregatis pecierimus consilium et auxilium nobis dari super processu per nos faciendo magnifice et potenter contra Majorice Regem vassallos et subditos suos et terras ipsum in sua rebellione juvantes occasione denegacionis firme juris ac feudorum que pro nobis et aliis rationibus sive causis. Vosque scilicet Jacobus Castellani miles et Benavenus de Benviure procuratores dicti infantis Petri Berengarius Gomir procurator infantis Jacobi antedicti Guilabertus de Nogeria miles procurator infantis Raimundi Berengarii memorati ac Jacobus de Arteriis procurator nobilis Johannis Eximini Durrea cujus est locus de Canalibus Johannes de Pertusia procurator nobilis Elfi de Proxida Franciscus Mir procurator nobilis Francisci Carròcii nobiles Gondissalbus Eximini de Arenosio Galcerandus de Bellopodio Johannes Eximini Durrea cujus est locus de Alcalaten et Berengarius de Podio procurator nobilis G. Raimundi Montecatheno Gondiçalbus Garcie Philipus de Boyl Jacobus Castellani Guilabertus de Nogaria Rodericus Didaci legum doctor Guillermus de Jafero legum doctor Petrus de Villanova Galcerandus de Tous et Raimundus de Tous milites et generosi Johannes de Cervato Geraldus de Fonte Jacobus de Celma Bernardus Sunyerii et Bernardus Camos jurati nec non Jacobus Scribe Petrus Columbi miles Berengarius Dalmacii Guillermus Mir Marchus Lençol Petrus de Populeto Bernardus Gomir Januarius Rabacie licentiatus in legibus Guillermus de Majencosa Benavenus de Benviure Bernardus Co-

mitis Arnaldus Rotundi Guillermus Despujol Jacobus Calbo Johannes de Solanis Michael Martorelli Berengarius de Podio Raimundus Carreres et Gregorius Simonis sindici et procuratores civitatis Valencie Peregrinus de Castellario jurisperitus Petrus Davidis sindici et procuratores ville Xative Bartholomeus Cirera sindicus et procurator ville Morelle Thomas de Canemacio et G. de Busquetis sindici et procuratores ville Murisveteris Petrus Darenys et Berengarius Enyech sindici et procuratores ville Algetzire Bernardus de Villanova et Ferrarius Columberii sindici et procuratores ville Burriane Nicholaus G. sindicus et procurator ville de Alpont Franciscus ça Lou sindicus et procurator ville Cullarie ad premissa et subscripta spetialia mandata et plenariam facultatem habentes cum publicis instrumentis de quibus fecistis in posse subscripti scriptoris nostri et notarii plenam fidem prehabitis super infrascriptis omnibus per nos et vos cum nostro consilio variis et multiplicibus tractatibus deliberationibus et consiliis prout tam ardui negocii conditio requirebat ac viso et diligenter examinato privilegio unionis per nos facte in civitate Barchinone de Regno Majorice et insulis ei adjacentibus nec non de terris Cismarinis quod et quas idem Rex Majorice pro nobis in feudum tenebat et nunc de facto obtinet ad Regna Aragonum et Valencie ac comitatu Barchinone et Cathalonie sub certis capitulis prout in dicto privilegio latius continetur cujus tenor sequitur in hunc modum. In nomine Sancte et individue Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti Amen. Pateat universis.

Quod die et anno subscriptis cum serenissimus et magnificus princeps ac dominus dominus Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valentie Majorice Sardinie et Corsice comesque Barchinone convocasset sindicos universitatum civitatum et villarum regalium Cathalonie ut in civitate Barchinone coram sue magestatis presentia compararent consilium sibi et auxilium prestituri super executione seu processu faciendo viriliter et patenter contra Majorice Regem suosque subditos atque terras occasione denegationiis firme juris et feudorum que pro dicto domino Rege Aragonum tenet aliisque de causis. Memorati sindici videlicet Guillermus Nagera Arnaldus Dusany Franciscus de Podio decretorum doctor Petrus de Palacio licentiatus in legibus Franciscus Grunni Bernardus de Marimundo Franciscus de Sancto Clemente Jacobus de Olzeto et Michael Roure Barchinone Raimundus Generii et Petrus dez Pons junior licentiatus in legibus Ilerde Raimundus de Cigiario et Berengarius de Riaria Gerunde Petrus Bernardi et Guillermus de Montecunillo Minorise Andreas Barrati et Galcerandus de Podiobacone Vici Bernardus et Montserratus Cardona Cervarie Berengarius Marciis et Bernardus Pellicer Villefranche Laurentius dez Caus et Raimundus Mayol Montisalbi Guillermus de Sagarra et Bertrandus Ollarii Tarrege Arnaldus de Conemines et Petrus dez Graner Berge Geraldus de Argimon Bisulduni Petrus de Camporiol et Bernardus de Valleabriga Campirotundi Arbertus de Curtibus et Bernardus Coaner Apiarie Bartholomeus Cerco de Arbucio Guillermus de Oceyone Aqua-

late Jacobus Cerdani de Cambrils Franciscus Porcelli Calidarum de Montebovino habentes ad premissa et subscripta mandata spetialia et plenariam facultatem cum instrumentis publicis de quibus fecerunt in posse subscripti notarii promptam fidem habitis super infrascriptis omnibus per eosdem sindicos cum prefato domino Rege et ejus consilio diversis colloquis tractatibus deliberationibus ac consiliis ut presentis negotii qualitas et quantitas exigebat eidem domino Regi subinserta capitula humiliter obtulerunt quorum series sic se habet. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti Amen. Hec sunt capitula qui videntur firmanda fienda tenenda et observanda et juramento vallanda per serenissimum dominum nostrum Regem Aragonum et per quoslibet ejus universales successores et eorum novo domino renovanda. Primo quod idem dominus Rex Aragonum prosequatur quantum cum justitia poterit et ad manum suam realiter et de facto occupet et apprehendat et ad efectum deducat jura competentia sibi et suis in Regno Majorice et in insula et civitate Majorice et in insulas Minorice et Evice et insulis aliis eidem adjacentibus et locis in eisdem Regno et insulis situatis. Et in Rossilione et aliis locis in Cathalonia constitutis. Et ad ipsa et singula eorum que omnia ab ipsius domini Regis predecessoribus fuerunt in feudum concessa Regi Majorice et suis predecessoribus et pro quibus fecit predecessoribus ejusdem domini Regis et eidem domino Regi homagium acquisita eidem domino Regi et pertinentia ac acquirenda et competitura ex denegatione firme juris et feudorum et ex

aliis causis in processu super hiis habito contentis et alias et ex procedendis et fiendis quocumque tempore in futurum. Item quod dicta jura seu eorum aliquid nullatenus renuntiet nec etiam remitat donet nec cedat vendat permutet vel quovis alio modo alienet in perpetuum vel ad tempus longum vel breve neque concedere in feudum precario emphiteoticario vel libellario vel alio quovis modo seu titulo eidem Regi Majorice nec filio nec filiis eis natis nec nascituris nec alii vel aliis quibusvis personis extraneis vel privatis etiam ratione pacis et concordie si inter eosdem tractaretur fieret vel firmaretur nec ex alia quavis causa ad alicujus vel aliquorum quorumvis supplicationem postulationem nec etiam motu proprio nec aliter modo aliquo sive causa inter vivos nec in ultima voluntate nec aliter. Cum videlizet idem dominus Rex dicta loca feudalia in totum vel partem simul vel successive possideat potenter et corporaliter de hiis videlicet que possidebit. Et si antequam possessio realis predictorum vel aliquorum ex eis ad dominum Regem pervenerit tractaretur compositio transactio avinentia arbitratio vel aliqua pactio de predictis que dominus Rex realiter non possideret quod id fieri non possit nisi de et cum consensu universitatum predictorum. Et etiam restitutis primo satisfactis et emendatis omnibus et singulis dampnis sumptibus et expensis factis et sustentis per universitates predictas usque in diem quo ipsa avinentia compositio transactio seu arbitratio firmaretur. Item quod idem dominus Rex incontinenti per suum privilegium juratum predictum Regnum ci-

vitatem et insulam Majorice et insulas Evice et Minoricarum et aliis insulas eis subjacentes et alia loca que in Cathalonia idem Rex Majorice et sui predecessores pro domino Rege tenebant et etiam consueverant tenere in feudum et que nunc de facto idem Rex Majorice detinet et etiam omnia jura qualitercumque competentia et competitura in eis eidem domino Regi uniat indissolubiliter Regnis Aragonum Valencie Cathalonie et comitatui Barchinone. Et quod predicta Regnum civitas insula Majorice et loca aliquo tempore non dividantur nec alienentur nec possint dividi vel alienari imperpetuum vel ad tempus nec dari ad feudum nec ad proprietatem vel possessionem per venditionem per cambium per absolutionem etiam precario nec aliter inter vivos vel ultima voluntate nec per filium vel filiam nec per alios descendentes vel etiam collaterales vel alios unum vel plures cujuscumque numeri sint vel fuerint nec per arbitrium nec per transactionem seu aliam quamvis compositionem nec per aliquam aliam rationem que dici vel nominari seu excogitari possit nunc vel infuturum a dominatione Cathalonie et dictorum Regnorum Aragonum et Valencie sub forma tamen et tenore capituli proxime precedentis. Item quod idem dominus Rex promittat per se et omnes heredes et successores suos presentes et futuros quod nec ipse dominus Rex nec ipsi heredes vel successores sui divident vel separabunt vel dividi seu separari facient aut permittent predicta vel aliquid de predictis in totum vel in partem a dictis Regnis Aragonum et Valencie et comitatu Barchinone. Item quod idem dominus Rex

promitat quod dictum Regnum Majorice et alia omnia supradicta sint insimul et conjuncta dictis Regnis Aragonum et Valencie et comitatui Barchinone sine medio et sine aliquo intervallo sic scilicet quod aliqua persona non posit predicta vel aliquem predictorum in totum vel in partem pro ipso domino Rege vel heredibus seu successoribus suis tenere in feudum onoratum vel aliud vel alio modo. Immo idem dominus Rex Aragonum et omnes ejus heredes et successores universales in dictis Regnis Aragonum et Valencie et comitatu Barchinone imperpetuum teneant corporaliter et in suo pleno et indivisilibi dominio et proprietate sibi ipsis predicta et singula predictorum. Item quod idem dominus Rex in terris Rossilionis Ceritanie et aliis Cismarinis predictis servet et faciat servari incontinenti cum et prout ad ejus posse comuniter vel singulariter realiter pervenerint usaticos Barchinone et constitutiones Cathalonie generales editas et edendas et etiam in dicto Regno Majorice cum insulis ei adjacentibus si tamen placebit dicto domino Regi et hominibus dictorum Regni et locorum et quod de hoc capitulo et duobus proxime subsequentibus fiat instrumentum ad partem. Item quod temporibus quibus curia generalis per dominum Regem vel ejus successores indicetur Cathalanis seu in Cathalonia celebrabitur vocentur per dictum dominum Regem et suos successores universitas civitatis Majorice pro civitate et Regno Majorice et aliis insulis predictis et eidem Regno adjacentibus si tamen dicto domino Regi et hominibus degentibus in dictis insulis id placebit. Et uni-

versitates etiam aliorum locorum insignium de predicto feudo in Cathalonia constitutorum pro dicta generali curia tenenda et ad eam eorum sindici admittantur et sicut et quando alie universitates locorum regiorum Cathalonie et eorum sindici vocari et admitti consueverunt cum videlizet et prout ad ejus posse comuniter vel singulariter predicta realiter pervenerint. Item quod etiam in casu predicto utpote prelati richi homines et milites ad dictas curias advocentur juxta morem curiarum. Item quod incliti infantes Jacobus Petrus et Raymundus Berengarii per se et successores suos et aliqui barones et universitatis locorum Cathalonie regiorum que ad curias generales vocari consueverunt seu earum sindici consenciant laudent et approbent dictum privilegium et contentu in eo supra et infrascripta. Item quod idem faciant universitates locorum regiorum Aragonum et Valentie seu earum sindici que ad curias generales vocari in dictis Regnis consueverunt. Item quod si contingeret casus quod absit quod idem dominus Rex vel sui successores vellent dictam unionem quomodolibet violare et contra eam facere seu venire seu eam non tenere et observare ut superius continetur quod dicti incliti Infantes et universitates predicte et eorum singuli non teneantur nec possint dictum dominum Regem vel ejus successores in aliquo adjuvare in predictis vel circa ea nec ejus preceptis quo ad ea in aliquo obedire. Et quod hoc jurent. Item quod eodem casu dicti incliti Infantes et singuli ipsorum cum eorum submissis successoribus et vassallis et valitoribus et dicte universitates

et singulares earum possint dictum Regnum Majorice et insulas predictas et alia loca predicta cismarina et habitatores omnium ipsorum locorum ultra et cismarinorum presentes et futuros et eorum singulos defendere cum armis et sine armis adversus predicta. Item quod eodem casu idem dominus Rex nunc pro tunc absolvat et pro absolutis habeat quo ad proxime dicta duo capitula dictos inclitos Infantes et suos successores barones et milites et quemlibet eorum et subditos vassallos et valitores ipsorum ac universitates locorum regiorum Cathalonie Aragonum et Valencie predictorum et quolibet eorum et singulares earum et etiam habitatores dictorum Regni Majorice civitatis et singularium predictarum ac aliorum locorum cismarinorum predictorum que ut premittitur nunc in feudum tenentur ab omni homagio et sacramento naturalitate et fidelitate quibus sibi teneantur seu sint astricti ratione dominii vel feudorum vel cavallariarum vel infantionarum vel aliter sic quod eis non obstantibus defensionem tam comuniter quam divisim possint facere supradictam. Item quod eodem casu dicti incliti Infantes et sui successores barones et milites et universitates et singulares earum possint pro defensione predicta si eis videbitur consilium et consilia tam generalia quam spetialia totiens quotiens et ubi voluerint congregare et tenere ac celebrare et impositiones proinde fiendas levare seu levari facere per tallias et questias vel alias axacciones quas eis de licentia domini Regis ex nunc concessa liceat imponere et colligere quando et quotiens et prout eis videbitur et quod dominus Rex

per se et successores suos vel eorum oficiales de hiis nullatenus se possit intromitere in exigendo compotum seu rationem ab ipsis universitatibus nec etiam ab hiis qui hujusmodi tallias vel collectas vel alias exacciones imposuerint seu levaverint seu acordaverint seu peccunias inde provenientes inde tenuerint vel expenderint. Et exercitus cavalcatas et armatas facere tam per terram quam per mare. Et quod ea que dicti exercitus cavalcate et armate ceperint vel occupaverint eficiantur bona propia universitatum ipsos exercitus cavalcatas vel armatas facientium seu que ea fecerint. Nec dominus Rex nec sui successores per se vel per suos oficiales de hiis se possint intromitere ullo modo nisi ab ipsis universitatibus super hoc fuerint requisiti. Et capitaneum vel capitaneos et alios omnes oficiales tam jurisdictionem exercentes quam alios eligere et in armatis exercitibus et cavalcatis ipsos mittere et ponere et eosdem inde removere et alios eligere et ponere quando et quotiens volent et quod ex nunc dominus Rex dictis capitaneis et officialibus concedat potestatem et jurisdictionem omnimodam exercendi in ipsis armatis exercitibus et cavalcatis et personis earum et aliis prout aliis armatas et exercitus exercitibus concedi est solitum ac etiam usitatum. Et alias prestare possint dictis habitatoribus Regno insulis et locis et habitatoribus predictis et singulis ipsorum super predictis auxilium consilium et favorem absque metu et impedimento aliquibus domini Regis et ejus primogeniti procuratoris generalis et aliorum officialium Regiorum quicumque pro tempore fuerint.

Quibus quo ad hec non teneantur modo quolibet obedire. Quinimo in hiis absque alicujus pene incursu possint aut valeant resistere si eos in premissis quomodolibet impedirent etiam si de facto. Item quod si contingeret quod Rex Majorice vel aliquis ejus filius vel quevis alia persona super predictis justitiam sibi fieri postularet et diceret sibi vel alii cujus nomine hoc peteret jus competere in predictis Regno civitate insulis et aliis locis que fuerunt de feudo vel aliqua eorum parte vel vellet impugnare unionem predictam quod eo casu dominus Rex vel sui successores non possent compromitere super hiis nec alias transigere seu pacisci modo aliquo ut superius continetur sub forma tamen et tenore secundi capituli superius inserti. Item quod si contingeret casus quod in causa vel causis super hiis movenda vel movendis Dominus Rex judicem vel judices assignaret ut predicitur idem judex vel judices non suspecti partibus habeant assignari. Item quod idem judex vel judices non possent vel possint procedere in causa vel causis premissis seu aliqua earum nisi prius vocatis et legitime citatis dictis inclitis Infantibus seu eroum successoribus et universitatibus dictorum locorum Regiorum Cathalonie et Regnorum Aragonum Valencia et Majorice que ut premittitur ad generales curias sunt vocande. Item quod dicti judex vel judices in premissis habeant procedere jure ordine penitus observato cum alias posset veritas et jus pretium faciliter obfuscari si tanta negotia absque jure examine et ordine tractarentur. Item quod si aliquo casu contingeret quod dominus Rex vel sui suc-

cessores pro predictis vel aliquo predictorum citarentur de facto cum de jure id fieri non posset cum Idem dominus Rex in tota sui monarchia jus habeat imperii et in temporalibus nisi dum superiorem aliquem non agnoscat per quamcumque personam de mundo cujusvis preeminentie seu dignitatis quod idem dominus Rex teneretur notificare incontinenti congruo tempore et termino dictam citationem seu monitionem si fieret dictis inclitis Infantibus baronibus et universitatibus Cathalonie supradictis. Quiquidem omnes comuniter vel divisim possent se predictis citationibus seu monitionibus et processibus inde quomodolibet faciendis opponere et jus Regium et eorum interesse defendere cum domino Rege vel sine eo et etiam ejus nomine prout eis comuniter vel divisim ut prefertur expediens videretur. Nec possent aliquo casu vel modo a vel in predictis per dominum Regem vel ejus preceptum vel quamvis aliam personam quomodolibet impediri vel cohiberi. Quinimo idem dominus Rex ad supplicationem omnium predictorum vel partis ipsorum teneatur eo casu procuratorem seu procuratores constituere cum plenissima potestate qui lura regia nomine domini Regis predicti defendant dijigenter et caute. Et dictos procuratores non possent sine voluntate predictorum omnium revocare. Quiquidem procuratores ad informationem et requisitionem predictorum omnium vel partis eorum et presertim dictarum universitatum vel cujuslibet eorundem teneantur dicta jura Regia et interesse prenominatorum prosequi in juditio et extra defendere et tueri et ea que

incumbant agere in negotio supradicto. Item quod si in proximo dicto casu dicti Infantes vel eorum successores vel aliquis seu aliqui ipsorum vel universitates locorum Regiorum Regnorum Aragonum Valentie Majorice et Cathalonie vel aliqua ipsarum vellent se comuniter vel divisim opponere et juditium prosequi seu partem facere ad predicta in proximis precedentibus capitulis contenta quod hoc eis liceat et pro sumptibus tunc super hiis factis et etiam faciendis possint inter se per illam viam que eis meliori videbitur peccuniam congregare sive per viam questie vel aliter et distringere per se et personas ad hec deputandas per ipsas universitates et singulares earum dicte defensioni adherentium quibus dominus Rex ex nunc potestatem conferat hec omnia faciendi et quod de hiis dominus Rex non possit se intromitere nec successores sui per officiales suos nec compotum nec rationes audire nec petere nisi ut superius continetur. Et hoc facere possint absque impedimento et contradictione quibuscumque domini Regis et successorum suorum et primogeniti et procuratoris sui generalis et aliorum officialium regiorum qui nunc sunt et pro tempore fuerint. Et quod dicti opponens vel opponentes se predictis audiantur et admittantur plene ad defensionem unionis predicte et dictorum Regni civitatis et insularum predictarum et aliorum locorum de dicto feudo in Cathalonia constitutorum. Et quod dicta causa durante nichil posset in dicte unionis perjuditium innovari. Item quod dictus dominus Rex cedat et nunc universitatibus locorum regiorum Regnorum Arago-

num et Valencie et etiam universitatibus predictorum locorum Cathalonie jus sibi competens et competiturum contra Regem Majorice et successores suos in et pro sumptibus et dampnis sustentis et sustinendis factis et faciendis prout scilicet ipsos fecerint et sustinuerint super apprehensione et occupacione Regni et Insularum et omnium dictorum locorum que Reges Majorice tenent et consueverunt pro domino Rege tenere in feudum vel alia ratione processuum predictorum vel aliorum seu prosecutione eorum. Item quod si aliquid fieret contra predicta vel eorum aliqua eo ipso sit et ex nunc decernatur per dictum dominum Regem irritum et inane et carere omni robore et efectu. Item quod dominus Rex in instrumento separatim de hiis fiendo et firmando statim cum receperit seu recipi fecerit homagium et sacramentum ab hominibus seu universitatibus dictorum Regni et locorum concedat et declaret eisdem hominibus et universitatibus quod quamvis in instrumento super homagio et sacramento per eos prestitis de hiis nulla mentio habeatur. Tamen rei veritas sic se habet quod ipsum homagium et sacramentum fecerunt de voluntate et expresso assensu ejusdem domini Regis sub hac conditione scilicet si non restituerentur vel alias alienarentur ut predicitur et remanerent in unione predicta. Et quod idem dominus Rex in eodem instrumento declaret eos non teneri eidem vel successoribus suis quo ad predicta ex aliquo homagio naturalitate vel fidelitate si idem dominus Rex vel sui successores venirent contra unionem predictam. Item quod quilibet successor dicti do-

mini Regis in suo novo dominio antequam sibi fiant sacramentum fidelitatis vel homagia per feudatarios dictorum Regnorum et comitatus vel admitatur in Regem vel comitem in dictis Regnis et comitatu teneantur predicta approbare firmare renovare et jurare per se et successores suos et observare et facere observari omnia et singula supradicta et infrascripta. Item quod predicta approbentur confirmentur et juramento roborentur incontinenti per dictos dominos infantes et etiam per sindicos universitatum Cathalonie qui sunt Barchinone congregati statim cum habuerint de hiis potestatem ab universitatibus suis quam confestim habere procurent. Item quod idem dominus Rex faciat et procuret cum efectu quod idem faciant universitates dictorum locorum regiorum Regnorum Aragonum et Valencie et etiam inclitus infans Jacobus comes Urgelli. Item quod idem faciant dictus dominus Rex fieri cum efectu per homines seu universitates Regni civitatis et Insularum ac locorum feudorum predictorum cum scilicet et prout ad ejus posse devenerint singula loca ipsorum. Item quod notarius stipuletur omnia et singula supradicta a dicto domino Rege et a dictis inclitis infantibus promittentibus pro se et eorum successoribus et ab omnibus sindicis universitatum predictarum pro eisdem et pro habitatoribus presentibus et futuris dictorum Regni civitatis insularum et locorum que ut predicitur per Reges Majorice consueverunt teneri in feudum et pro omnibus aliis quorum interest et poterit interesse imposterum. Item quod de predictis omnibus fiant et tradantur libera a

jure sigilli a quolibet alio jure curie regie et alio publica instrumenta videlizet cuilibet universitati ex predictis unum publicum instrumentum sigillo regio appenditio comunitum. Item quod ea de predictis que de presenti possint expediri expediantur mora qualibet proculpulsa. Item quod si aliquis vel aliqui de predictis infantibus vel universitatibus qui firmare jurare facere est ordinatum supra quod faciant non facerent quod nichilominus firme aliorum predictorum firmantium valeant et teneant et unio et omnia alia hic contenta remaneant in sua firmitate. Item quod si in aliquo vel aliquibus casibus de predictis possit dici deficere aliqua juris sollempnitas propter defectum presentie et illorum qui dicerentur presentes debere esse vel quia diceretur notarius hujus ordinationis non posse stipulari pro aliquo vel aliquibus pro quibus stipulantur vel alias quod dominus Rex de plenitudine regalis potestatis supleat omnem defectum et det omnibus et singulis hic contentis omnem roboris firmitatem. Quibusdem capitulis presentatis et lectis memorato domino Regi et subjectis consilio et examini diligenti per eundem dominum Regem et per inclitos dominos infantes Petrum comitem Rippacurcie et Montanearum de Prades patruum et Jacobum comitem Urgelli et vicecomitem Agerensem fratrem et generalem procuratorem ac consilium prefati domini Regis. Nec non etiam por sindicos antefatos nomine et pro parte universitatum civitatum et villarum superius expressarum sepedictus dominus Rex Aragonum per se et omnes heredes et successores suos laudavit approbavit et con-

firmavit ac promisit et juravit per crucem Domini nostri Jhesuchristi et ejus sancta quatuor evangelia manibus suis corporaliter tacta premissa omnia singulariter videlicet singula et generaliter universa tenere et observare attendere et complere et attendere facere prout inseruntur superius et compleri. Et in aliquo non contraire vel facere quavis causa. Supplendo de sue regie plenitudine potestatis si in aliquo vel aliquibus casibus de predictis sine aliquo vel aliquibus casibus de predictis posset dici defficere aliqua juris sollempnitas propter deffectum presentie illorum qui dicerentur presentes debere esse vel subscriptum notarium stipulari non posse pro aliquo vel aliquibus de quibus stipulatur aut alias ac dedit omnibus et singulis contentis in presenti publico instrumento omnem roboris firmitatem. Preterea de voluntate expressa et mandato sepedicti domini Regis jamdicti domini infantes Petrus et Jacobus per se et omnes heredes et successores suos nec non etiam nobiles Nicholaus de Jamvilla comes Terrenove et Galcerandus de Bellopodio majordomus ac venerabilis Arnaldus de Moraria vicecancellarius Ferrarius de Villafrancha miles Bernardus de Ulzinellis legum doctor thesaurarius Johannes Ferdinandi Munionis legum doctor magister rationalis Rodericus Didaci miles et legum doctor ac Petrus dez Pens consiliarii sepefati domini Regis. Et etiam prenominati sindici videlicet singulariter unusquisque nominibus propriis et etiam universitatum civitatum et villarum predictarum quarum constituti sunt sindici ut premittitur ad premissa firmaverunt

predicta completa et observata. Actum est hoc in civitate Gerunde quartodecimo kalendas novembris anno Domini Millessimo trecentesimo secundo. Sig✠num Poncii Hugonis comitis Empuriarum Sig✠num Dalmacii de Rochabertino Sig✠num Jasperti vicecomitis Castrinovi Sig✠num Dalmacii de Castronovo Sig✠num Guillermi Galcerandi de Cabrencio Sig✠num Raimundi de Caneto Sig✠num Arnaldi de Cursavino Sig✠num Bernardi de Sono qui predicta omnia laudamus concedimus et nostro proprio juramento et homagio firmamus. Sig✠num Jacobi Dei gratia Regis Majorice comitis Rossilionis et Ceritanie et domini Montispesulani appositum hic per manum Petri de Calidis scriptoris nostri de mandato nostro. Qui predicta omnia concedimus laudamus et etiam approbamus et nostri appensione sigilli fecimus comuniri. Testes sunt dominus Ferrandus filius domini Regis Majorice predicti F. Dei gratia episcopus Valentie cancellarius et consiliarius supradicti domini Regis Aragonum Raimundus per eandem Elnensis episcopus Poncius per eandem episcopus Vicensis frater Berengarius de Cardona magister milicie Templi in Aragone et Cathalonia frater Raimundus de Guardia comendator domus Mansi Dei Gaufridus de Crudilis abbas Fuxensis Huguetus primogenitus nobilis Poncii Hugonis comitis Empariarum Petrus de Fonolleto Arnaldus de Saga Petrus Sesse Acardus de Muro Arbertus de Medione Bremundus de Monteferrario legum doctor Jacobus de Muredine Berengarius de Calderiis Raimundus de Villanova Condissalbus Garcie Johannes de Turrefac-

ta sacrista Ilardensis Ermengandus Olibe legum doctor Archidiaconus Confluentis in ecclesia Elnensis Raimundus Guillermi sacrista Elnensis. Et quam plures alii. Signum ✠ Petri de Letone scriptoris domini Regis Aragonum predicti ac etiam auctoritate ejusdem per totam terram et dominationem suam notarii publici. Qui predictis omnibus interfuit et mandato predictorum hoc instrumentum scribi fecit et clausit die et anno prefixis. Et inclitus Jacobus de Majoricis contra dictas conventiones multimode fecerit cum inter cetera per nos legittime ac ex causis legittimis requisitus noluerit firmare nobis et in posse nostro de directo. Immo expresse contradixerit Regnum Majorice et comitatus Rossilionis et Ceritanie aliasque terras pro nobis tenere in feudum. Idcirco nobis expresse dicimus et mandamus vosque requirimus pretextu juramenti et homagii predictorum quatenus faciendo servari convenciones et pactiones pretaxtas non juvetis nec defendatis eundem Jacobum de Majoricis contra nos et alia omnia compleatis ut continetur superius promissa nostris predecessoribus atque nobis. Datum in Castris apud locum de Caneto sub nostro sigillo secreto kalendas augusti anno Domini Millesimo trecentesimo quadragesimo tertio.

En P. per la gracia de Deu Rey Darago etc. Al noble et amat nostre en R. vescomte de Canet. Salut et dileccio. Con nos per rao de contradiccio de ferma de dret a nos feta per lalt En Jacme de Mallorca e per altres raons justes en lo proces daquen fet contengu-

des hajam proceit e continuem a proceir et a pendre realment totes les terres quel dit alt En Jacme tenia per nos en feu. E per aço siam entrats en la terra del comtat de Rossello per pendre realment e per tenir en nostra senyoria aquell comtat ab sos drets et pertinencies e dins lo terme del castell o vila de Canet situat dins los limits del dit comtat hajam parades nostres tendes. E tinguam aquell comtat en nostra senyoria en lo qual cas los barons cavallers homens de ciutats e viles daquell comtat a nos axi com a tenent aquell comtat en nostra senyoria respondre axi com a lur senyor sien tenguts daquelles coses de les quals aí dit alt En Jacme de Mallorca havien acustumat e devien respondre. Per ço deim e manam a vos que per lo castell e vila de Canet façats a nos faeltat e altres coses que per aquell castell o villa erets acustumat e tengut de fer al dit alt En Jacme de Mallorca. En altra manera proceirem contra vos axi con contra aquell qui nega fer a son senyor faeltat e altres coses a que es tengut. Dada en les nostres hosts prop lo dit castell de Canet divenres primer dia dagost en layn de nostre Senyor MCCCXLIII sots nostre segell secret.

Et incontinenti lectis litteris supradictis memoratus Raimundus de Villafrancha dixit hec verba vel similia in efectu.

Per tal que del dret del Senyor Rey Darago sia pus certificat lo vescomte de Canet. Requir vos en notari dirigendo verba sua ad dictum Franciscum Fuxi que

lijats denant ell ara encontinent la carta de les covinences e enfeudacio quel Senyor Rey En P. de bona memoria feu al Senyor En Jacme Rey de Mallorches de bona memoria del Regne de Mallorcha et dels comdats de Rosseylo et de Cerdanya et altres terres contengudes en la enfeudacio aquella. Item la carta que fo feyta de la presentacio de la requesta feta de part del dit Senyor Rey Darago ara regnant al dit En Jacme lavors Rey de Mallorca sobre ferma de dret a ell per lo dit Senyor Rey Darago demanada. E encara la pronunciacio per que fo declarat lo dit alt En Jacme esser contumaç en no fermar de dret en poder del dit Senyor Rey Darago.

Et cum dictus notarius vellet procedere ad legendum ea de quibus supra fuerit requisitus dictus vicecomes dixit. Nous ho cal liger que basta que men donetç translat. Mas quant a aço de quem requerits per homenatge que torn en poder del Senyor Rey Darago es ver quey he a tornar mas hey a tornar dins cert temps perque yo complire al Senyor Rey ço que promes li he. De les altres coses que deits que promeseren en R. de Canet ça enrera et els altres richs homens nomenats an la I de les dites II letres vos dich que son grans coses e antigues e noy se res. E per ço a ades noy respon res tro pus aconseylat ne sia. E axi dats me translat de tot axo e haurey mon acort e respondrey car per cert jo vull fer ço que fer deig al Rey de Mallorca e vull complir al Senyor Rey Darago ço que

promes li he. E per cert jo moria abans que als noy faria sino ço que degues.

Et dictus Raimundus de Villafrancha incontinenti dixit dirigendo verba sua dicto vicecomiti hec verba vel similia in efectu.

Jo nous daria negun acort sobre aço de que jaus he request per lomenatge que fet havets al dit Senyor Rey Darago ans per virtut daquell homenatge vos requir altre vegada de part sua queus metats encontinent en son poder. E que daçom sia feta carta publica per vos en notari present. Quant es del translat que demanats are encontinent vos dare jo aquestes II letres que lestes vos ha lo notari si les volets pendre de les altres coses fer ne fer translat al notari desus dit açi present puys dar lous ha.

Et dictus vicecomes respondit in hec verba vel similia in efectu.

Jo donchs ara encontinent vos trametre I hom qui pendra les dites II letres de part mia puys com sia feyt lo translat del als o joy trametre o vos lom trametrets. Et ex tunc recessit dictus vicecomes a murorum cacumine predictorum.

Et post aliquam modicam pausam venerunt ad recipiendum ipsas duas litteras de qua supra fit mentio duo homines pro parte dicti vicecomitis qui ut dixe-

runt vocabantur alter eorum videlicet Petrus Medoni et alter Canetus Subirani qui cum fuerunt prope dictum Raimundum de Villafrancha idem Raimundus dixit eis. Sots hic vosaltres per pendre aquestes dues lettres per lo vezcomte. Et dictus Petrus Medoni respondit. Och Senyor et jo son son procurador. Et tunc dictus Raimundus de Villafrancha tradidtt dictas duas litteras regias ipsi Petro. Et ex tunc dictus Raimundus de Villafrancha una cum dicto notario et aliis eum concomitantibus recesserunt ab inde. Et de predictis omnibus idem Raimundus de Villafrancha fecit relationem prefato domino Regi Aragonum et domino infanti Petro senescallo.

—

Postmodum die sabbati tunc inmediate sequenti de mane intitulata quarto nonas augusti anno predicto facto transumpto de hiis de quibus supra idem Raimundus de Villafrancha obtulit se daturum transuptum vicecomiti memorato. Francischus Fuxi scriptor et notarius antedictus per ipsum Raimundum de Villafrancha ex parte regia requisitus accessit ad illum eundem locum prope muros castri de Caneto ubi die precedenti proxime fuerunt dicte littere tradite prefato Petro Medioni et Caneto Subirani. Et notificando ibidem per eum omnibus astantibus in sumitatibus turrium et murorum ipsius castri venit quidam homo

quem dictus notarius interrogavit per juramentum quo nomine vocabatur et ex qua causa veniebat. Qui dixit protinus quod vocabatur Bernardus Cardona et quod erat domicellus quodque veniebat ex parte ipsius vicecomitis de Caneto ad recipiendum transumptum a manibus ipsius notariorum que superius continentur quodque traditurus erat vicecomiti memorato.

Quare dictus notarius confestim tradidit ipsi Bernardo Cardona transumptum de omnibus et singulis supradictis.

Et eadem die sabbati cum insurrexisset inter capitaneos et homines dicti castri seditio et discordia magna prefatus dominus Rex ad supplicationem instantem capitaneorum castri predicti guidavit ipsos capitaneos cum sua littera cujus tenor hic insertus mandato dicti domini Regis sequitur in hunc modum.

Nos Petrus Dei gratia Rex Aragonum etc. Tenore presentium guidamus et assecuremus in bona fide nostra Regia vos Guillermum de Fontibus et Franciscum de Ulmis capitaneos castri de Caneto et omnes alios et singulos de familia et societate vestra quos vos duxeritis nominandos cum equis armis et rebus vestris. Ita quod possitis exire libere castrum de Caneto cum rebus ipsis et familiis vestris et ire ad villam Perpiniani salve pariter et secure. Mandantes hujus serie universis et singulis oficialibus et subditis nostris ubi-

libet constitutis quod vos omnes et singulos supratactos cum rebus et familiis predictis permittant apud dictam villam proficisci libere salve pariter et secure. In cujus rei testimonium presentem fieri jussimus nostro sigillo munitam. Datum in Castris apud locum de Caneto quarto nonas augusti anno Domini Millesimo trecentesimo quadragesimo tertio.

Nichilominus etiam dicta die sabbati aliqui ex Regiis exercitibus antedictis ceperunt vi armorum quemdam locum vocatum Sancta Maria la mar quem incontinenti idem dominus Rex fecit muniri et parari armis et victualibus ac bonis clientibus stabiliri.

Ceperunt etiam alii de dictis exercitibus regiis alium vocatum Castellarnau Subira ipsumque incendio posuerunt et penitus diruerunt.

Postea ipsa eadem die prefatus dominus Rex habita super hiis delliberatione et consilio ut decebat mandavit scribi vicecomiti Insule et probis hominibus inferius nominatis cum sua littera cujus tenor hic insertus mandato dicti domini Regis sequitur per hec verba.

En Pere per la gracia de Deu Rey Darago etc. Al noble et amat nostre vescomte Dilla et als prohomens et universitat de Solerdevall salut etc. Con nos per raho de contradictio de ferma de dret a nos feta per lalt En Jacme de Mallorca e per altres rahons justes

en lo proces daquen fet contengudes hajam proceit et continuem a proceir a pendre realment totes les terres quel dit alt En Jacme tenia per nos en feu. E per ço siam entrats en la terra del comtat de Rossello per pendre realment totes les terres quel dit alt En Jacme tenia per nos en feu. E dins lo terme del castell o vila de Canet situat dins les limites del dit comtat hajam parades nostres tendes e tingam aquell comtat en nostra senyoria en lo qual cas los barons cavallers et homens de ciutats et viles daquell comtat a nos axi con tinent aquell comtat en nostra senyoria respondre axi com a lur senyor sien tenguts daquelles coses de les quals al dit alt En Jacme de Mallorcha havien acustumat et devien respondre. Per ço deim et manam a vos et a cascun de vosaltres que façats a nos homenatge e sagrament de faeltat et totes altres coses que erets acustumats e tenguts de fer al dit alt En Jacme de Mallorca e daquelles a aquell alt En Jacme de Mallorca no responats. En altra manera proceirem contra vos e cascun de vosaltres axi con contra aquells que neguen de fer a son senyor faeltat e altres coses a que son tenguts e en altra manera segons justicia requeses. Dada en les nostres hosts prop lo dit loch de Canet sots nostre segell secret dissapte segon dia del mes dagost en layn de Mil CCCXLIII.

Et sub dicta forma ac sub eodem kalendario de verbo ad verbum fuit scriptum inferius nominatis.

Als homens de Canet.

An P. R. de Codolet et als homens del castell Rosseyllo.

An Vallguarnera et als homens de Vilarnau davall.

Als homens de Sent Lorenç.

Als homens de Clayra.

An Francesch de Bell castell et als homens de Vilalonga.

Als homens de Sent Ypolit.

An G. Albert et als homens de Cornella.

Al noble En Bernat de So et als homens de Millars.

Scripsit etiam dominus Rex inclito infanti Raimundo Berengarii comiti Impuriarum per suam litteram in hunc modum.

En Pere per la gracia de Deu Rey Darago etc. Al alt Infant En Ramon Berenguer comte Dampuries molt car oncle nostre. Salut etc. Con nos per contradiccio de ferma de dret a nos feta per lalt En Jacme de Mallorca et per altres rahons justes en lo proces daquen fet contengudes hajam enantat et continuem enantar a pendre realment totes les terres quel dit alt En Jacme tenia per nos en feu. E per ço siam entrat en lo comtat de Rossello per pendre realment e per tenir aquell ab tots sos drets et pertinencies en nostra senyoria e dins lo terme del castell de Canet situat dins les limites del dit comtat hajam parades nostres tendes e tingam en nostra senyoria lo dit comtat en lo qual tots los barons cavallers homens de ciutats e viles del dit comtat a nos axi com a tinent aquell en nos-

tra senyoria sien tenguts de respondre e axi con a lur Senyor daquelles coses que al dit En Jacme havien acustumat et devien respondre. Per çous deim eus manam que façats a nos homenatge e sagrament de faeltat e totes altres coses que erets acustumat e tengut de fer al dit En Jacme de Mallorca e a ell non responats nel façats. En altra manera enantariem contra vos axi con contra aquell qui nega fer a son senyor feeltat e altres coses a que es tengut et en altra manera segons justicia. Dada en les hosts prop Canet sots nostre segell secret a III dies dagost en lany de MCCC XLIII. A. vicecancellarius.

Similes fuerunt misse personis inferius nominatis de verbo ad verbum videlicet.

Ramon Totzo.
Dalmau Totzo.
Johan de So vescomte Devol.
Berenguer de Castellnou.
Biatriu vescomtessa de Rochaberti.
Esclarmunda vescomtessa Dilla.
Ponç de Caramany.
Berenguer de Sent Johan.
Berenguer Dolms de qui es Olms.
G. Dolms.
Hereu de Sent Marçal.
Hereu de Munt ner.
Ponç de Lupia.
Huguet de Lupia.
G- Cesfonts.
Jaubert Çesfonts.
P. de Sent Marti.
G. Dalanya.
Francesch de Caragoça.
G. des Castell.
Periquet de Bellcastell.
Bernat de Munt laur.
Hereu den Traver.
Andreu Guiter.

Berenguer dez Vivers.
G. des Vives.
Arnau de Lodarch.
Huguet Esteve.
Arnau de Lupia.
Arnau Esteve.
Hereu den Berenguer de Santo.
P. Amoros.
Berenguer Amoros.
R. de Palanda.
Simon de Sent Michel.
Berenguer Vallauria.
Ramon Vallauria.
Bernat de Ribesaltes.
Auger Destany.
P. Durg.
Bernat de Pompia.
Asamar Datzat.
Feliu Gaucelm de Lupia.
Ramon Datzat.
P. G. Destany bos.
En Mudaçons.
Ramon de Vilalonga.
Berenguer des Puig.
P. des Puig.
Berenguer ça Ribera.
Dalmau Cesfonts.
Francesch Dolms
Berenguer Dolms de Ceret.
Bremon de Serabon.
G. Roig cavaller.
G. Roig de Vilanova.
Arnau de Perapertusa.
Ramon Roig.
Johan Feyna.
Berenguer Fulla.
Huguet Delanya.
P. Pesols.
Bernat Vidal.
Ramon Darderna.
Thomas de Marza.
Dalmau de Tornaboix.
P. de Tornaboix de Cornella.
P. Franch.
Berenguer Dalanya.

Quequidem omnes littere de quibus supra fit mentio fuerunt tradite mandato dicti domini Regis certis cursoribus Regiis per eos presentandis eisdem personis ubicumque eos potuerint reperire.

—

Preterea die dominica circa horam prandii intitulata tertio nonas augusti anni predicti idem nobilis vicecomes de Caneto pretextu dictarum requisitionum sibi factarum ex parte prefati domini Regis Aragonum per dictum Raimundum de Villafrancha presentavit se personaliter memorato domino Regi in castris prope dictum locum de Caneto existenti personaliter exponens humiliter quod virtute dictarum requisitionum et quia sic inde tenebatur juxta promissiones predictas tam dudum per dictum nobilem patrem suum quam per eundem vicecomitem apud Majoricem nuper factas oferebat se ipsum et castrum de Caneto cum aliis locis suis eidem domino Regi volens fidem suam servare ac promissa sine diminutione complere.

Et confestim prefatus dominus Rex acceptavit benigne presentationem et oblationem premissam ut eam gratam habendo assignavit confestim vicecomiti memorato et ejus uxori ac familiis et rebus suis locum et incolatum intra episcopatum Gerunde. Et nichilominus recepit ad mannm suam castrum contentum superius de Caneto.

—

Postmodum die martis intitulata nonas augusti anno predicto idem dominus Rex qui dictum castrum comiserat nobili Philipo de Castre tradi et deliberari mandavit castrum ipsum per dictum nobilem fratri Guillermo de Guimerano ordinis hospitalis Sancti Johannis Jherosolimitani cum sua littera continentie subsequentis.

En Pere per la gracia de Deu Rey Darago etc. Al noble e amat nostre En Felip de Castre. Salut etc. Espressament vos deim eus manam que encontinent vista la present liurets per nos et en nom nostre al amat nostre frare G. de Guimera del orde del espital de Sent Johan de Jherusalem lo castell de Canet qui per nos tenets et ab aquesta letra matexa manam a tots et sengles habitadors del castell dessus dit que façen sagrament de faeltat al dit frare G. en nom nostre que ells seran a nos et al dit frare G. per nos et a qualque altre persona tinent per nos lo dit castell bons faels e leyals en defendre lo dit castell contra totes persones del mon son dret en totes coses axì seents com mobles del vescomte desus dit. Dada en les hosts nostres prop lo dit castell dimars a V dies del mes dagost en lany de MCCCXLIII sots nostre segell secret. Ja. vidit.

Et nichilominus eadem die martis dictus dominus Rex recepit quandam litteram dicti domini Cardinalis cujus series in efectu inter cetera continebat quod se proponebat disponere ad recessum quia nequiverat ab ipso domino Rege placabiliora responsa super ei comissis a Sede apostolica negotiis obtinere.

Cui quidem fuit per eundem dominum Regem responsum per suam litteram que tradita fuit nuntio qui illam ad quam fit responsio apportavit cujus tenor sequitur in hunc modum.

Paternitatis vestre nunc recepimus apices inter alia continentes quod disponere vos intenditis ad recessum quare nequivistis a nobis placabiliora responsa super nobis comissis ab apostolica Sede negotiis obtinere quibus intellectis taliter respondemus ad ea quod sicut vestra paternitas bene novit nec ad postulationem nostram fuit facta vobis comissis memorata nec tractatus abiecimus qui ad aliquam accederent equitatem nam pridie sicut nos credimus recordari dum in castris apud locum de Caneto nobis cum fuistis remansimus quod tractatus redigeretis in scriptis et super eis cum nostri deliberatione consilii faceremus quicquid sustinere possemus sine vehementi nostri diadematis lesione. Prius tamen incolis comitatus Rossilionis de de nostris juribus liquide informatis. Ex tunc vero nec tractatus in scriptis nobis nec responsionem aliquam transmissistis. Super vestro quidem recessu quod vo-

bis placuerit nostris beneplacitis erit gratum. Datum in Castris apud locum de Caneto sub nostro sigillo secreto nonas Augusti anno Domini Millesimo trecentesimo quadragesimo tertio. Ja. vidit.

Qua etiam die martis idem dominus Rex fecit ministrari et tradi predictis vice comiti et ejus uxori unam ex galeis sui stolii cum qua navigarunt usque ad dictum episcopatum Gerunde sicut per ipsum dominum Regem fuerat ordinatum.

—

Subsequenter die mercurii intitulata octavo idus augusti anno predicto habita super eis deliberatione matura prius ordinatis ad bellum agminibus ut decebat volendo continuare executionem justitie antedictam recessit ab orta de Caneto ubi steterat per dies aliquos ut prefertur et cum eis apud villam Perpiniani gressus suos dirigens accessit ad locum de Baniols et ibi prope locum eundem in campis et vineis sistentibus inter dictam villam Perpiniani et ipsum locum de Baniols sua et aliorum de dictis agminibus tentoria figi fecit.

—

Deinde die jovis intitulata septimo kalendas augus-

ti anno proxime dicto memoratus dominus Rex volens in predictis procedere ut decebat et ne per consules ac universitatem ville Perpiniani posset super infrascriptis ignorantia allegari misit Raimundum de Coponibus gerentem vices procuratoris in Cathalonia cum equitum et peditum comitiva ad villam Perpiniani seu prope eam facturum de mandato ipsius domini Regis que inferius continentur. Videlicet quod idem vicesgerens constitutus personaliter in campis sistentibus ante muros dicte ville Perpiniani et portale quod dicitur de Caneto prope quandam ecclesiam seu capelam constructam extra muros dictis equitibus centum vel circa numero et peditibus etiam eisdem assistentibus fecit prout sibi mandatum fuerat per ipsum dominum Regem fieri quandam preconitzationem per quendam hominem alta voce previo sono tubarum et tabalorum quam cum ita prope muros ipsos fieret homines dicte ville stantes in sumitate murorum ipsorum audire poterant et intelligere verba cujus tenor talis est.

Lo Senyor Rey En Pere Darago et de Mallorca mana als consols e prohomens de Perpenya que per vuy tot dia compareguen denant ell per fer ço que deuen. En altra manera enantara contra ells axi com contra rebelles e vinents contra fe promesa a senyor major.

Et facta ac publicata preconitzatione jamdicta per modum superius enarratum incontinenti idem vices gerens accessit versus muros dicte ville qui sic prope

illos se constituit audiente et vidente sibique continue assistente ipsumque sequente Francisco Fuxi scriptore et notario supradicto quod gentes que erunt intus ipsam villam in murorom sumitatibus predictorum audire poterant ejus vocem et intelligere verba alta voce clamando dixit hec verba vel similia in efectu.

Entenets ho vosaltres. Lo Senyor Rey Darago et de Mallorca mana als consols e prohomens de Perpenya que compareguen denant ell per fer ço que deuen en altra manera que enantara contra ells axi con contra rebelles e vinents contra fe promesa a senyor major. E no res menys veus açi una letra quels tramet quam idem vices gerens affixam et alligatam in cauda cujusdam teli projecit confestim post prolationem dictorum verborum versus valla et muros ipsius ville. Et tenor ejus sequitur in hanc modum.

Petrus Dei grâtia Rex Aragonum Valentie Majorice Sardinie et Corsice comesque Barchinone. Dilectis suis consulibus probis hominibus et universitati ville Perpiniani. Salutem et dilectionem. Dudum vobis scripsimus in hec verba. Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valentie Sardinie et Corsice comesque Barchinone. Dilectis suis consulibus probis hominibus et universitati ville Perpiniani salutem et dilectionem. Habet tenax etc.

Sigue un documento igual al que se halla en la pági-

na 139 del tomo I, con la sola diferencia de referirse á los síndicos y procuradores de la universidad de Perpiñan; continuando luego del modo siguiente.

Cumque rationibus supradictis et aliis in processu inde habito declaratis processerimus et continuemus procedere ad emparandum et realiter apprehendendum omnes terras quas inclitus Jacobus de Majoricis supradictus tenebat pro nobis in feudum. Et ex hoc ingressi fuerimus terram comitatus Rossilionis pro apprehendendo realiter et in nostro dominio retinendo dictum comitatum cum suis juribus et pertinentiis universis. Et jam satis prope dictam villam et in ejus conspectu fixerimus castra nostra ipsumque comitatum in nostro dominio teneamus quo casu barones milites et homines civitatum et villarum dicti comitatus nobis ut tenenti eundem in nostro dominio facere nobis homagium et fidetitatis juramentum ac respondere ut eorum domino teneantur de hiis omnibus et singulis de quibus ipsi Jacobo de Majorica respondere consueverunt et debebant. Idcirco absque perjuditio procesuum jam factorum et cujusvis alterius juris nostri vobis et singulis vestrum iterato et ex super abundanti presentiùm serie dicimus et districte precipiendo mandamus quatenus faciatis compleatis et observetis omnia et singula in preinserta littera expressata nec non faciatis nobis homagium et fidelitatem et omnia alia et singula que dicto Jacobo de Majoricis faciebatis et facere tenebamini quovis modo. Alioquin contra vos

et singulos vestrum procedemus et faciemus procedi tanquam contra denegantes suo domino facere homagium et fidelitatem et alia supradicta et alias justitia exigente. Scituri quod super presentatione presentium vobis fienda et affixioni earum in quodam telo ante conspectum dicte ville cum nullus qui eas differret dictam villam absque mortis periculo ingredi posset dabimus plenam fidem. Datum in Castris apud dictam villam Perpiniani septimo idus Augusti anno Domini Milessimo trecentesimo quadragesimo tertio sub nostro sigillo secreto. Ja. vidit.

Quibus sic actis ut superius continetur dictus Raimundus de Coponibus cum dicta comitiva equitum et aliorum redivit ad presentiam dicti domini Regis refferens ei omnia que fecerat ut sibi injuncta fuerant et mandata.

Et dictus dominus Rex continuo mandavit et fecit aliam litteram ordinari et miti ad consules dicte ville Perpiniani cujus tenor talis est.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valentie Majorice Sardinie et Corsice comesque Barchinone dilectis suis consulibus probis hominibus et universitati ville Perpiniani salutem etc. Hodie vobis scripsimus in hec verba. Petrus Dei gratia Rex Aragonum etc. Dudum vobis scripsimus in hec verba. Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valentie Sardinie et Corsice comesque Barchinone. Dilectis suis consulibus probis homini-

bus et universitati ville Perpiniani salutem etc. Habet tenax etc.

Sigue un documento igual al anterior, pero concluyendo de esta manera.

Quequidem littero vobis fuit hodie presentata per affixionem ejusdem factam in quodam telo juxta muros dicte ville nec minus ibidem de mandato nostro fuit facta sequens preconitzatio seu mandatum. Lo Senyor Rey En Pere Rey Darago et de Mallorca mana als consols et prohomens de Perpenya que per vuy tot dia compareguen denant ell per fer ço que deuen. En altra manera enantara contra ells axi con contra rebelles et vinents contra fe promesa a senyor major. Quare absque prejuditio processuum jam factorum et cujusvis alterius juris nostri et ex superhabundanti cautela et ad magis convincendam inobedientiam contumaciam et rebelionem vestram vobis dicimus et districte precipiendo mandamus quatenus contenta in preinserta littera nostra compleatis alias procedemus contra vos et bona vestra tanquam contra denegantes suo domino facere que tenentur et fidem promissam infringentes et alias viriliter et potenter justitie exigente. Scituri quod super presentatione presentium vobis fienda latori earum qui nobis inde referre juravit dabimns plenam fidem. Datum in castris apud dictam villam Perpiniani sub nostro sigillo secreto

sexto idus Augusti anno Domini Millesimo CCCXL tercio. Ja. vidit.

—

In crastinum vero quo fuit dies veneris intitulata VI idus augusti anno jam dicto memoratus dominus Rex habita consideratione et deliberatione matura quod consules dicte ville Perpiniani vel alius nomine universitatis ejusdem ville pretextu contentorum superius in presenti processu vel alicujus ex ipsis comparere coram ipso domino Rege nullatenus curarunt quinimo suam rebellionem inprovide ostendentes contra promissiones per eos seu ipsorum predecessores factas coram eodem domino Rege comparere totaliter contempserunt ordinavit exercitus suos tam peditis quam ab equo et quod procederetur contra dictos rebelles eo modo quo tunc procedi poterat contra ipsos quare mandavit et fecit voce preconia publicari quod omnes de dictis exercitibus possent talare et incendio ponere et alias dampnificare et capere dictus rebelles et bona omnia eorumdem sicquod idem dominus Rex confestim cum dictis exercitibus suis circunsit ab una parte dictam villam ac fecit talari et destrui ac apponi incendio vineas arbores et alia bona rebellium predictorum. Et continuando talam hujusmodi accessit cum exercitibus supradictis prope ortam dicte ville Perpiniani apud quendam locum vocatum Malloles qui est

ordinis hospitalis Sancti Johannis Jherosolimitani et ibi in campis et vineis affigi poni et parari fecit tentoria. Et stando ibidem per aliquos dies fecit talari et apponi incendio vineas arbores et cetera bona que erant in circuitu exercituum predictorum.

—

Preterea die sabbati intitulata quinto idus Augusti anno predicto idem dominus Rex stando in dicto loco et faciendo continuari talam eandem misit nobilem Petrum dominum de Exericha cum decenti comitiva equitum et peditum apud locum de Insula pro capiendo si possent quandam familiam peditum de Ceritania que venire debebat ut tunc temporis dicebatur ad villam Perpiniani in adjutorium et sucursum incliti Jacobi antedicti quam tamen familiam sicut fuit relatum domino Regi idem nobilis Petrus non potuit capere nec videre cum ad notitiam ipsius familie sicut dicitur pervenisset quod dictus nobilis contra eos cum magna potentia veniebat qua de causa ipsa familia apud Ceritaniam redierunt.

—

Die autem dominica subsequenti intitulata quarto

idus augusti anno predicto idem dominus Rex recessit ab ipso loco de Baniols continuando dictam talam et accessit cum dictis exercitibus ad quandam turrem propre locum del Soler quam ceperunt exercitus Regii antedicti et ea capta recipi fecit homagium a custodientibus ipsam turrem et eo recepto accessit cum dictis exercitibus ab locum Sancti Stephani situatum in orta Perpiniani et tam ibi quam in campis prope ipsum locum idem dominus Rex Aragonum fecit ipsos exercitus remanere ibique quiescere nocte sequenti. Quemquidem locum exercitus ipsi destruxerunt ponendo ipsum incendio et fere per omnia diruendo.

—

Deinde die lune intitulata tertio idus augusti anno predicto memoratus dominus Rex cum dictis suis exercitibus expectando dictum nobilem Petrum dominum de Exerica et faciendo continuari talam prefatam redivit idem nobilis ad eundem.

—

Subsequenter die martis intitulata pridie idus augusti anno prefato. Sepedictus dominus Rex cum dictis suis exercitibus ordinatis ad bellum recessit ab in-

de et fecit continuari dictam talam usque ad locum de Caneto ad quem dicta die ipse dominus Rex et dicti exercitus accesserunt et juxta locum ipsum de Caneto versus mane fecit parari et figi tentoria sua et ibique remansit cum dictis exercitibus per aliquos dies ordinando et disponendo de vitualibus armis et aliis opportunis ac necessariis tam dictis exercitibus quam castris de Caneto quod dominus Rex tenebat ad manus suas ut superius continetur. Et postea quid agendum.

—

Postmodum die sabbati intitulata XVII kalendas septembris anno quo supra idem dominus Rex recedendo ab ipso loco prope Canetum accessit cum toto dicto exercitu suo apud locum de Clayrano et prope ipsum locum fecit affigi et parari tentoria sua ac aliorum de exercitu sepedicto et nichilominus continuari talam predictam. Et ipso domino Rege stante ibidem in castris suis cum reverendus in Christo pater dominus Bernardus divina providentia tituli Sancti Ciriaci in termis presbiter cardinalis nuntius apostolicus propterea missus tractasset pluries de amicabili compositione inter dictum dominum Regem et inclitum Jacobum de Majorica memoratum idem dominus Rex die martis videlicet intitulata quartodecimo kalendas octobris anno predicto Millesimo trecentesimo quadragesimo tertio preeunte longo tractatu et effusis se-

pius per ipsum cardinalem ex parte dicti domini Pape et sui instantissimis precibus apud ipsum dominum Regem demum ob reverentiam Dei et romane ecclesie sacrosancte ac ipsius domini Pape habito super eis consilio inclitorum dominorum infantum Petri et Jacobi ac nobilium et militum et aliorum de consilio suo nec non nuntiorum civitatis Barchinone et Valencie ac plurium aliorum concessit et voluit supersedere in executione jam dicta usque ad certum tempus cum sua littera continentie subsequentis.

Nos Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comesque Barchinone in presentia mei reverendi in Christo patris domini Bernardi divina providentia tituli Sancti Ciriaci in Thermis presbiteri cardinalis Sedis apostolice nuntii firmamus ea que in subscriptis capitulis continentur. Quorum series sic se habet ob reverentiam Dei et domini Summi Pontificis et apostolice Sedis ac honorem vestri domini cardinalis concedimus quod supersedebimus ab hinc usque ad primam diem mensis madii proxime venturi exclusive ab omni illatione dampni protextu exequtionis justicie quam facimus contra inclitum Jacobum de Majorica videlicet quod non inferemus per nos vel alios dampnum sive malum eidem inclito Jacobo de Majorica in terris quod tenet in partibus cismarinis nec gentibus in eis degentibus nec bonis etiam eorumdem. Declaramus tamen et retinemus nobis quod presentem supersessionem aut per aliquem quem superius et inferius continentur nullum

fiat perjuditium processibus per nos factis contra dictum inclitum Jacobum de Majoricis bona et submissos ejusdem nec juribus ex ipsis processibus nobis quesitis ac querendis nec alicui alii juri nostro immo ea omnia nobis integra remaneant et illesa. Declaramus etiam et retinemus quod in castris de Caneto et Beate Marie de Mari sitis infra limites vicecomitatis de Caneto et quibuscumque aliis locis et juribus que nos vigore dicte executionis justicie in partibus cismarinis realiter apprehendimus et nunc tenemus cum suis juribus et pertinentiis dictus inclitus Jacobus non inferat per se vel per alium malum vel dampnum nec gentibus in eisdem locis degentibus nec etiam eorum bonis. Retinemus etiam nobis quod idem inclitus Jacobus per se vel per alium non faciat malum seu dampnum locis ditioni nostre subjectis in partibus cismarinis extra terras superius in capitulo primo contentas nec gentibus in eisdem locis degentibus aut bonis eorum. Retinemus insuper nobis quod dictus inclitus Jacobus per se vel alium non faciat malum seu dampnum nobilibus vicecomitibus de Insula et de Caneto Ademario de Mosseto Dalmacio et Raimundo Totzoni Pauqueto de Bellcastell Guilelmo Alberti Guillermo Rubei Berengario et Guillermo de Podio Thome de Marciano Arnaldo de Fonolleto nec aliis qui nobis adheserunt nec eorum familie neque locis terris aut bonis que prenominati tenent in terris predictis nec gentibus aut hominibus in ipsis locis et terris degentibus nec bonis etiam eorundem. Et quod sacramenta et homagia per nos a supra proxime nominatis recep-

ta et jus subjectionis eorum nobis remaneant salva. Et predicta omnia fiant et serventur utrinque bona fide omnique fraude cessante. Promittentes in manu vestri prefati domini cardinalis predicta omnia prout superius sunt expressa attendere et complere ac inviolabiliter observare. Protestamur tamen expresse quod ex nominatione aliqua quam dictus inclitus Jacobus de Majoricis faciat seu apponet in promissione seu firma quem de premissis est facturus aut alias nobis nullum aut juri nostro perjuditium generetur cum eisdem ex nunc ut ex tunc et ex tunc ut ex nunc non assentiamus immo penitus contradicamus quam potestatem valere et repetitam esse presenti serie volumus quociens idem inclitus Jacobus aliquid fecerit vel dixerit quod perjudicare videretur vel posset aliquatenus juri nostro. In quorum testimonium presentem litteram fieri jussimus nostro sigillo secreto manitam. Datum in castris prope locum de Clayrano quartodecimo kalendas septembris circa horam completorii. Anno Domini Millesimo CCC quadragesimo tertio.

Quequidem littera duplicata extitit et ambe misse de mandato dicti domini Regis memorato domino cardinali.

Et nichilominus ipsa die prefatus dominus Rex mandavit et fecit publice per preconem in pluribus locis dicti exercitus notifficari et publicari supersessionem jam dictam mandando expresse in preconitzatio-

ne prefata ab ipsa tala per omnes de dictis exercitibus de cetero abstineri.

—

Preterea die mercurii intitulata XIII kalendas septembris anno pretacto idem dominus Rex cum suis agminibus ad bellum sicut decuit ordinatis recessit ab ipso loco de Clayrano et recta via se transtulit ad supradictum locum seu castrum de Caneto prope quod versus mane parari fecit tentoria ibique in campis nocte sequenti dictos exercitus remanere. Et nichilominus perfecit constituit et ordinavit in procuratorem suum universorum et singulorum castrorum villarum et locorum que habebat in Rossilione fratrem Guillermum de Guimerano ordinis hospitalis Sancti Johannis Jherosolimitani cum littera sua tenoris sequentis.

Nos Petrus Dei gratia Rex Aragonum etc. Attendentes quod dum ad regimen officiorum quibus vaccare personaliter non valemus personas sufficientes et ydoneas ordinamus nedum utilitati nostre et rei publice providemus sed etiam Deo opus acceptabilis operamur. Ideo de probitate legalitate et sufficientia vestri dilecti nostri fratris Guillermi de Guimerano ordinis Sancti Johannis Jherosolimitani plenarie confidentes tenore presentium facimus constituimus et ordinamus vos dictum fratrem Guillermum procuratorem nostrum certum indubitatum et specialem ad regendum gubernandum et tenendum in pace et justitia universos et singulos populos et habitatores universorum et singulorum castrorum villarum et locorum que habemus et

tenemus in nostro dominio intra comitatum Rossilionis vigore exequtionis quam facimus contra inclitum Jacobum de Majoricis nobis rebellem juxta morem et consuetudinem hactenus observatam. Dantes et concedentes vobis potestatem imponendi eis illas penas banna et multas de quibus prout quando et quociens vobis videbitur faciendum eaque exigendi a contrafacientibus et levandi et eos et ipsorum singulos puniendi civiliter et criminaliter prout nogotii qualitas exiget et requiret eisque diffinitiones remissiones fines et gratias faciendi tam de rebus peccunia quam personis. Nec non requirendi petendi recipiendi et conservandi ac requiri peti recipi et conservari faciendi censa tascas agraria decimas primicias tertia laudimia et quosvis alios redditus et jura ad nos intra dictum comitatum spectantia vel spectare debentia quovis modo de quibus nobis seu nostro thesaurario teneamini integre respondere. Et omnia alia et singula faciendi et procurandi que ad regimen populi locorum reddituum et aliorum predictorum etiam si hic non sit declaratum sunt et erunt necessaria et etiam opportuna. Et que nos possemus personaliter constituti ratum et firmum habentes quicquid per vos factum fuerit super predictis et quolibet premissorum et dependentium seu emergentium ex eisdem et nullo tempore revocare seu contravenire sub bonorum nostrorum omnium ypotheca. In cujus rei testimonium presentem fieri jussimus nostro sigillo secreto munitam. Datum in Castris prope locum de Caneto octavo kalendas septembris anno Domini M trecentesimo XL tertio.

—

Postmodum die jovis sequenti intitulata duodecimo kalendas septembris anno sepius superius repetito ordinato primitus quod fierent quedam opera necessaria castro de Caneto et quod ibi cum dicto procuratore quedam familia remaneretur ad tuitionem et deffensionem ipsius castri recessit cum dictis suis agminibus a dicto loco de Caneto et recta via accessit versus locum seu villam de Volono juxta quem in campis videlicet fecit sua castra parari ubi requievit nocte sequenti tota acies cum eodem. Verumtamen itinerando antequam actigisse ad dictum locum obviavit dicto domino cardinali qui ab ipso domino Rege recepit ibidem comeatum dicens eidem domino Regi quod dictam litteram supersessionis receperat et quod ipse illam quam dictus inclitus Jacobus de Majorica debebat facere similem supradicte mitteret ad memoratum dominum Regem Aragonum celerius quanto posset.

—

Deinde in crastinum quo fuit die veneris intitulata undecimo kalendas septembris anno predicto sepefatus dominus Rex accessit cum suis agminibus ad locum seu villam de Figueriis ubi omnes predicti exer-

citus equitum et peditum fuerunt licentiati ad propria redeundi.

Et sic stante ipso domino Rege Figueriis fuit ei signifficatum pro certo quod aliqui subditi dicti incliti Jacobi non bene servabant supersessionem quam idem inclitus Jacobus per consimilia verba et tempora eidem domino cardinali promiserat observare. Idem dominus Rex scripsit per suam litteram dicto domino Cardinali cujus tenor talis est.

Cardinali Rutinensi.

Paternitatem vestram volumus non latere quod nonnulli pedites incliti Jacobi de Majorica die mercurii proxime preterita uni mulioni depredarunt quendam mulum nobilis Johannis Eximini Durrea in Orta videlicet de Caneto. Et etiam rapuerunt Marcho de Falconerio ac azemilario suo et quatuor hominibus Eximini Desparça scutiffero nostro et cuidam homini Guillermi Alberti animalia peccuniam auream et argentem vestes et res alias varias et diversas. Et hodie post nostrarum transitum acierum cum subcavallericius noster et quidam alius domesticus noster qui fratri vestro duxerant quendam equm de villa Perpiniani redirent. Quatuor pedites exientes de Castro de Bellaguarda comminando ad mortem nostris domesticis antefatis abstulerunt eis arma et peccuniam quam portabant et unam azemilam cuidam mulioni Bernardi de Vilarig militis. Attendant igitur vestra paternitas si et qualiter in supersessione per nos adjecta retentio ob-

servatur. Quo circa paternitatem vestram precamur attente quatenus faciatis quod premissa rapta restituantur ilico nostris domesticis et subditis antefatis. Datum Figueriis sub nostro sigillo secreto undecimo kalendas septembris anno Domini Millesimo CCC quadragesimo tertio.

Nichilominus etiam prima die et quasi eodem instanti venit quidam nuntius dicti domini Cardinalis ad presentiam ipsius domini Regis et tradidit eidem domino Regi quandam cartam pergameneam sigillo pendenti dicti incliti Jacobi de Majorica comunitam cujus series sic se habet.

Nos Jacobus Dei gratia Rex Majorice comes Rossilionis et Ceritanie ac dominus Montispesulani. In presentia vestri Reverendi Patris in Christo domini B. divina providentia tituli Sancti Ciriaci in termis presbiteris cardinalis Sedis apostolice nuntii firmamus ea que in subscriptis capitulis continetur quorum series sic se habet. Ob reverentiam Dei et domini Summi Pontificis et apostolice Sedis ac honorem vestri domini cardinalis concedimus quod supersedebimus ab hinc usque ad primam diem mensis maii proxime venturi exclusive ab omni illatione dampni pretextu violentie quam Petrus Rex Aragonum Valentie Sardinie et Corsice infert nobis terris et subditis nostris videlicet quod non inferemus per nos vel alios malum sive dampnum eidem Petro Regi predicto in terris quas tenet in partibus eis marinis nec gentibus in eis

degentibus nec bonis etiam eorundem. Declaramus tamen et retinemus nobis quod dictus Petrus Rex Aragonum per se vel alium non faciet malum seu dampnum locis nostris ac locis et terris ditioni nostre subjectis in partibus cismarinis nec gentibus in eisdem locis et terris degentibus aut bonis eorundem. Promittentes quod in castris de Caneto et Beate Marie de Mari sitis intra limites comitatus nostri Rossilionis et quibuscumque aliis locis que dictus Rex Aragonum in partibus nostris cismarinis realiter licet injuste occupavit et ea detinet de presenti injuste occupata non inferemus per nos vel alium infra tempus predictum malum seu dampnum nec gentibus in eisdem locis degentibus ratione et occasione violentie antedicte. Promittentes etiam quod infra tempus memoratum per nos vel alium non faciemus malum seu dampnum Petro de Fonolleto Raimundo de Caneto Ademario de Mosseto Dalmacio et Raimundo Totzoni Pauqueto de Pulcro Castro Guillermo Alberti Guillermo Rubei Berengario et Guillermo de Podio Thome de Marciano Arnaldo de Fonolleto nec eorum familie neque locis terris aut bonis que prenominati tenent in predictis cismarinis terris nostris nec gentibus aut hominibus in ipsis locis aut terris degentibus nec bonis etiam eorumdem. Quiquidem prenominati dicti Regi Aragonum contra nos adheserunt dum tamen ipsi idem observent circa subjectos nostros et bona eorundem. Declaramus tamen et retinemus quod per presentem supersessionem aut per aliquem que superius aut inferius contineantur nullum fiat perjudi-

tium nobis et juri nostro pertinenti ac pertinere debenti quoquomodo etiam in dictis locis de Caneto et Beate Marie de Mari et aliis locis que dictus Rex Aragonum in partibus nostris cismarinis tenet injuste occupata nec etiam juri nobis pertinenti et pertinere debenti quoquomodo contra dictos Petrum de Fonolleto et Raimundum de Caneto et alios superius nominatos et in locis et terris aut bonis qui prenominati tenent in predictis cismarinis terris nostris et gentibus aut hominibus in ipsis locis aut terris degentibus et bonis etiam eorundem. Declaramus etiam et retinemus ac protestamur expresse quod per aliquem que superius et inferius contineantur juri nostro ordinario et quod relatione jurisdictionis nostre ordinarie aut alias competit et competere potest aut poterit nobis contra superius nominatis et in locis supradictis et gentibus et hominibus in ipsis degentibus et bonis eorundem nullo modo perjudicetur. Retinentes nichilominus et protestantes quod per protestationem sacramentorum et homagiorum de facto licet de jure fieri non possent factam dicto Petro Regi per supranominatos nobis et juri nostro minime perjudicetur et nullum jus dicto Petra Regi adquiratur. Et quod predicta omnia fiant et serventur vestrumque bona fide omnique fraude cessante. Promittentes in manu vestri prefati domini Cardinalis predicta omnia prout superius sunt expressa attendere et complere ac inviolabiliter observare. Protestamur tamen expresse et spetialiter etiam retinemus quod ex nominatione aliqua seu intitulatione quam dictus Petrus Rex Aragonum fecit apposuit faciet seu ap-

ponet in promissione seu firma quam de premissis vel aliquo de premissis fecit seu faciet ac per dicta et asserta et facta aut dicenda et asserenda et facienda per ipsum aut alias nullum nobis aut juri nostro perjuditium generetur cum eisdem ex nunc ut ex tunc et ex tunc ut ex nunc non assentiamus immo penitus contradicamus. Quam protestationem valere et repetitam esse volumus presenti serie totiens quotiens idem Petrus Rex Aragonum aliquid dixit dicet fecit vel faciet quod perjudicare videretur vel posset aliquatenus jure nostro. In quorum testimonium presentem litteram fieri jussimus nostro sigillo pendenti munitam. Datum Perpiniani XIIII kalendas septembris circa horam completorii anno Domini MCCCXL tertio.

Per dominum Regem P. Glorie
ad . . . . . Philipi de Barbasano.

—

Denique cum dictus dominus Rex apud Barchinonam post dies aliquos rediisset attento quod dicta carta proxime supra inserta mandato domini Regis erat insufficiens et non facta prout per ipsum inclitum Jacobum concessum fuerat dicto domino cardinali sicut idem dominus Cardinalis asseruerat et afirmaverat pluries dum de dicta supersessione tractabat. Idem dominus Rex remisit cartam eandem ipsi domino Cardinali cui scripsit per suam litteram cujus tenor hic insertus mandato dicti domini Regis sequitur in hunc modum.

Reverendo in Christo patri domino Bernardo divina providentia tituli Sancti Ciriaci in termis presbitero Cardinali spetiali amico nostro Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valentie Majorice Sardinie et Corsice comesque Barchinone. Salutem et honoris incrementa. Paternitatis vestre recepimus litteras noviter nobis missas quarum seriem repetendam non ducimus cum in eis contenta satis apperte in subscriptis responsionibus exprimamus vidimus etiam litteram sigillo pendenti Jacobi de Majoricis sigillatam continentem formam consensus per ipsum prestiti in cessatione executionis quam juste et debite inchoavimus contra eum. Et siquidem si considerentur ea omnia diligenter forma consensus ipsius ab illa que fuit tunc temporis ordinata valde dinoscitur aliena. Nam prout inscriptis redactum extitit et conditum presentibus venerabili ac dilectis Ocensi episcopo et Ugone de Arpillone ac Bonifacio Ferrarii legum doctoribus capitula supersessionis per nos ei concesse debebant inseri in carta seu littera Jacobi memorati ipseque dicta capitula sibi fore lecta et exposita recognoscens dictamque supersessionem acceptam debebat promittere quod personis locis et terris in capitulis ipsius contentis malum seu dampnum per se vel per alium non inferret adjecto quod posset de jure súo licite protestari. Dum tamen protestatio ipsa promissis per eum non esset dissona vel adversa sed ipse sibi insolenter assumpta superioris aut domini seu judicis potestate se cernere satagens reddere nobis parem qui juste procedimus

contra eum. Non attento prudenter quo ad illum cui procedere competit spectat processum suspendere in casu quippe quo nullum processum contra dominum vassallo competit facere cum sit inferior et superioris potestas non pendeat a minori concessit in dicta ejus littera supersessionem a dampnis inferendis in terris quas habemus in partibus cismarinis quam potius ut prefertur debuerat acceptasse. Promittens simpliciter adimpiere que per nos in ipsis capitulis fuerant expressata et nichilominus non simpliciter ut debebat promisit dispendia non inferre sed pretextu violentie vel injurie que per nos injuste ut asserit sibi facte retinendo seu retentiones preter nostras alias faciendo ad occasionem querendam que non erant in dictis nostris capitulis comprehense. Preterea spreta per eum preheminentia nostre Regie dignitatis usus fuit in dicta littera sua nedum sermonibus in consultis sed ab omni discretione remotis illa qua vassallis tenetur domino reverentia non servata. Ex quibus omnibus clare poterit paternitas vestra perpendere quantum ille gerat sinceritatis affectum ad servandum juxta retentiones nostras dumtaxat premissa omnia que promisit. Consideret insuper vestra paternitas quod si eo infrigente predicta oporteret interim ultrici manu nos insurgere contra eum an debeamus apud Deum et homines excusari. Paternitati vostre ducimus respondendum quod rationabile extitisset si dictus Jacobus de Majoricis premissa firmasset prout inter vos et nos fuit condittum adinvicem et conventum. Quare dictam cartam per dictum Jacobum de Majoricis confirmatam

quam tanquam insufficientem non admisimus vobis ducimus remittendam sed hiis non obstantibus volentes ut nostre magestati convenit ea que vobis concessimus adimplere mittimus vobis supradicta supersessione duas cartas seu litteras munitas nostro pendenti sigillo similes illis quas tunc fecimus sub secreto. Ceterum firmiter tenemus quod vicecomes de Insula et alii nostro culmini adherentes nec non et alii subjecti nostri promissa per nos inviolabiliter observabunt nec modo aliquo vel ingenio venient contra ea nisi que nos retinuimus per dictum Jacobum contigerent violare homines vero captos per gentes nostras cum subditi nostri sub captione decenti ab ea fuerint liberati absolvi et liberari protinus faciemus. Datum Barchinone quarto mensis septembris anno Domini Millesimo trecentesimo XL tertio. Ja. vidit.

Tenor vero cartarum seu litterarum sigillo pendenti munitarum de quibus supra fit mentio in proxime inserta littera missa dicto domino Cardinali hic insertarum mandato dicti domini Regis sequitur in hunc modum.

Nos Petrus Dei gratia Rex Aragonum etc. In presentia vestri reverendi in Christo patris domini Bernardi divina providentia tituli Sancti Ciriaci in Termis presbitero Cardinalis Sedis apostolice nuntii firmamus ea que in subscriptis capitulis continentur quorum series sic se habet. Ob reverentiam Dei et domini Summi Pontificis et apostolice Sedis ac honorem vestri do-

mini Cardinalis concedimus quod supersedebimus ab hinc usque ad primam diem mensis madii proxime venturi exclusive ab omni illatione dampni pretextu executionis justitie quam fecimus contra inclitum Jacobum de Majoricis videlicet quod non inferemus per nos vel alios malum sive dampnum eidem inclito Jacobo in terris quas tenet in partibus cismarinis nec gentibus in eis degentibus nec bonis etiam eorundem. Declaramus tamen et retinemus nobis quod per presentem supersessionem aut per aliquam que superius vel inferius contineantur nullum fiat perjuditium processibus per nos factis contra dictum inclitum Jacobum de Majoricis bona et submissos ejusdem nec juribus ex ipsis processibus nobis quesitis aut querendis nec alicui alii juri nostro. Immo ea omnia nobis integra remaneant et illesa. Declaramus etiam et retinemus quod in castris de Caneto et Beate Marie de Mari sitis infra limites vicecomitatus de Caneto et in quibuscumque aliis locis et juribus que nos vigore dicte executionis justitie in partibus cismarinis realiter apprehendimus et nunc tenemus cum suis juribus et pertinentiis dictus inclitus Jacobus non inferat per se vel per alium malum seu dampnum nec gentibus in eisdem locis degentibus nec etiam eorum bonis. Retinemus etiam nobis quod idem inclitus Jacobus per se vel per alium non faciet malum seu dampnum locis dicioni nostre subjectis in partibus cismarinis extra terras super in capitulo primo contentas nec gentibus in eisdem locis degentibus aut bonis eorum. Retinemus insuper nobis quod dictus inclitus Jacobus per se vel per alium non

faciat malum seu dampnum nobilibus vicecomitatibus de Insula et de Caneto Ademario de Mosseto Dalmacio et Raimundo Totzoni Pauqueto de Bell Castell Guillermo Alberti Guillermo Rubei Berengario et Guillermo de Podio Thome de Marciano Arnaldo de Fonolleto nec aliis qui nobis adheserunt nec eorum familie neque locis terris aut bonis que prenominati tenent in terris supradictis nec gentibus aut hominibus in ipsis locis et terris degentibus nec bonis etiam eorumdem. Et quod sacramenta et homagia per nos a supra proxime nominatis recepta et jus subjectionis eorum nobis remaneant salva. Et predicta omnia fiant et serventur utrinque bona fide omnique fraude cessante. Promittentes in manu vestri prefati domini Cardinalis predicta omnia prout superius sunt expressa attendere et complere ac inviolabiliter observare. Protestamur tamen expresse quod ex nominatione aliqua quam dictus inclitus Jacobus de Majoricis faciet seu apponat in promissione seu firma quam de premissis est facturus aut alias nullum nobis aut juri nostro perjuditium generetur cum eisdem ex nunc ut ex tunc et ex tunc ut ex nunc non assentiamus immo penitus contradicamus quam protestationem valere et repetitam esse presenti serie volumus totiens quotiens idem inclitus Jacobus aliquid fecerit vel dixerit quod perjudicare videretur vel posset allquatenus juri nostro. In quorum testimonium presentem litteram fieri jussimus nostro sigillo pendenti munitam. Datum in Castris prope locum de Clayrano quartodecimo kalendas septembris circa horam completorii anno Domini Mi-

llesimo trecentesimo quadragesimo tertio. Ja. vidit.

De qua quidem carta seu littera preinserta fuerunt facte due in pergameno et ambe misse dicto domino Cardinali.

Postmodum. Cum ad audientiam ipsius domini Regis pervenisset quod illustres Rex Andreas ejusque subditi atque gentes favebant partem dicti incliti Jacobi de Majoricis et dicti domini Regis Aragonum subditos invadebant idem dominus Rex quandam die intitulata octavo idus septembris anno proxime dicto scripsit dicto Regi Andree nec non senescallo comitatus Provintie et consulibus civitatis Nicie ac consulibus civitatis Marcilie per suas litteras quas tenores infra in processu presenti inserti mandato dicti domini Regis sunt qui per ordinem subsequntur.

Illustri ac magnifico principi domino Andree Dei gratia Jherusalem et Sicilie Regi consanguineo suo karisimo Petrus eadem gratia Rex Aragonum Valentie Majorice Sardinie et Corsice comesque Barchinone salutem cunctis felicitatibus affluentem. Voluntas amabilis et conversatio utilis quas subditi utriusque a longo satis circa tempore habuerunt convertere se videntur ad odium et per malivolam voluntatem ad mutuum detrimentum dum sicut nostrorum fidelium frequens et querula nobis insinuasio patefecit. Gentes vestre pretextu juste executionis et debite quam facimus versus inclitum Jacobum de Majoricis vel alias ex

causa nobis ad huc prorsus incognita nostros insubditos sevientes eos ubi possunt invadunt et capiunt neces in personis hostiliter inferunt ipsorum bona diripiunt et alias sic illos notorie indesinenter offendunt quod non presumitur verisimile hoc vestram magnificentiam ignorare. Quos quanti dampni quantique possit esse periculi de facili potest cognoscere tui rem placeat ponderare ubi amicitie hinc inde vigentis officia pereunt et cum detrimentis enormibus plena periculis discrimina detestando succedunt. Super hiis autem admirari cogimur et non sine relatione turbari. Nam cum inter progenitores illustris Regis Roberti recolende memorie predecessoris vestri ac nostros per se et successores eorum ad invicem pacis federa prout est orbi notorium olim firmata fuerint et inita nulla nunc causa rationabili precedente ea de facto per actus contrarios violantur. Sane cum progenitores utriusque nostrum pacem ipsam illesam servaverint et nos illorum non deserentes laudanda vestigia conventionis ipsius paces hactenus servaverimus et servare inviolabiliter proponamus eaque semper intendimus agere per quem inter domos inclitos utriusque predicto pacis obtabiles unitas vigeat et amoris vinculum augmentis continuis invalescat. Ideo serenitatem regiam vigore conventionum pacis pretacte et obtentu nexu sanguinis et ex necesitudinis vinculo quibus ad invicem jungimur attente requirimus et rogamus quatenus sedule cogitantes quam sit inter utramque domum regiam hujusmodi pacis vinculum Deo gratum mutuo utile utriusque subditis necessarium ac cunctis christiane

religionis cultoribus opportunum nullum per vos aut subditos vestros aut aliam quamcumque personam contra nos predicto Jacobo de Majoricis subditis suis seu aliis ei adherentibus favorem auxilium gratiam vel succursum sive quodcumque subsidium in personis navigiis armis victualibus bonis seu aliis rebus quibuslibet quomodolibet impendatis vel impendi per subditos vestros aut alias quascumque personas faciatis vel aliquatenus permittatis immo eas ommes tam a premissis et aliis predicto Jacobo de Majoricis et suis exhibendis subsidiis quam a dampnis invasionibus necibus captionibus violentiis injuriis et offensis vestris subditis inferendis sic forciter cohibere atque illatis tali pena eos curetis percellere quod dampna passis satisfactio justa non desit et pena malefactorum sit ceteris ad terrorem facientes nichilominus omnes illos ex subditis nostris qui per vestros capti fuerint a captione protinus liberari. Alioquin volentes honori nostro detrahere nec subditorum nostrorum intolerabilia perjuditia sustinere provideremus circa predicta de remedio opportuno. Datum Barchinone octavo idus septembris anno Domini Millesimo trecentesimo XL tertio. A. vicecancellarius.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum etc. Nobili et prudenti viro Senescallo comitatus Provintie vel ejus locum tenenti ceterisque officialibus illustris Andree Jherusalem et Sicilie Regis in comitatu constitutis eodem. Salutem et dileccionis affectum. Gravem generalem fidelium subditorum nostrorum sepius iteratam

percepimus continentem quod licet inter progenitores dicti Regis ac nostros ad invicem olim prout est orbi notorium pacis federa firmata fuerint et inita cujus pacis vigore subditi dicti Regis et nostri voluntatem amabilem et conversationem utilem a longo citra tempore habuerunt. Nunc autem pretextu juste exequtionis et debite quam facimus adversus inclitum Jacobum de Majorica vel alios ex causa nobis ad huc prorsus incognita subdita Regis predicti et spetialiter comisse vobis jurisdictioni subjecti nostros insubditos sevientes eos ubique possunt invadunt et capiunt neces in personas hostiliter inferunt ipsorum bona diripiunt et alias sic illos notorie indesinenter offendunt quod non presumitur verisimile hoc vestram prudentiam ignorare. Quod quanti dampni quantique posset etiam esse periculi de facili potest perpendere qui velit negotia ponderare ubi amicitie hinc inde vigentis officia pereunt et cum detrimentibus enormibus plena periculis discrimina detestanda succedunt. Verum cum progenitores dicti Regis et nostri pacem ipsam illesam servaverint et nos illorum non deserentes laudanda vestigia conventiones ipsius pacis hactenus servaverimus et servare inviolabiliter proponamus. Idcirco prudentiam vestram vigore conventionis pacis ejusdem attente requirimus et rogamus quatenus hujusmodi concordiam pacificam observando nullam per vos aut quoscumque alios comisse vobis jurisdictioni submissos contra nos predicto Jacobo de Majoricis subditis suis aut aliis ei adherentibus favorem auxilium vel succursum sive quodcumque subsidium in personis

navigiis armis victualibus bonis seu aliis rebus quibuslibet quomodolibet impendatis vel impendi per ipsos subditos permittatis. Immo eos omnes tam a premissis et aliis predicto Jacobo de Majoricis et suis exhibendis subsidiis quam a dampnis invasionibus necibus captionibus violentiis injuriis et ofensis nostris fidelibus inferendis sic fortiter cohibere ac pro illatis tali eos pena curetis percellere quod dampna passis satisfactio justa non desit et pena eorum sit ceteris ad terrorem faciendo nichilominus omnes illos ex subditis nostris qui per vestros capti fuerint a captione ipsa protinus liberari. Alioquin providebimus circa predicta de remedio opportuno. Datum Barchinone octavo idus septembris anno Domini Millesimo trecentesimo XL tertio. A. vicecancellarius.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum etc. Prudentibus viris . . . Consulibus civitatis Nicie salutem et dilectionem afectum. Gravem querelam fidelium subditorum nostrorum sepius iteratam percepimus continentem quod licet inter progenitores illustris Andree Jherusalem et Sicilie Regis consanguinei nostri carissimi ad nostros ad invicem olim prout est orbi notorium pacis federa firmata fuerint et inita cujus pacis vigore subditi dicti Regis et nostri voluntatem amabilem et conversationem utilem a longo citra tempore habuerunt. Nunc tamen pretextu juste executionis et debite quam facimus adversus inclitum Jacobum de Majoricis vel aliis ex causa nobis prorsus incognita subditi Regis predicti et spetialiter concives et habitatores civi-

tatis et districtuales ejusdem nostros insubditos sevientes eos ubi possunt invadunt et capiunt neces in personis hostiliter inferunt ipsorum bona diripiunt et alias sic illos notorie indesinenter ofendunt quod non presumitur verisimile hoc vestram prudentiam ignorare quod quanti dampni quantique possit esse periculi de facili potest perpendere qui velit negotia ponderare ubi amicitie hinc inde vigentis oficia pereunt et cum detrimentis enormibus plena periculis discrimina detestanda succedunt. Verum cum progenitores dicti Regis et nostri pacem ipsam illesam servaverint et nos illorum non deserentes laudanda vestigia conventiones ipsius pacis hactenus servaverimus et servare inviolabiliter proponamus. Idcirco prudentiam attente requirimus et rogamus quatenus predictam pat cem et concordiam observando nullum per vos auquoscumque alios degentes intra districtum et jurisdictionem civitatis ipsius contra nos predicto Jacobo de Majoricis subditis suis aut aliis ei adherentibus favorem auxilium vel succursum sive quodcumque subsidium in personis navigiis armis victualibus bonis sive aliis quibuscumque rebus quomodolibet impendatis vel impendi per aliquos permittatis immo eos omnes a premissis curetis facere cohiberi. Et nichilominus procuretis quod illos ex subditis nostris qui per condistrictuales vestros capti fuerint a capcione ipsa protinus liberentur alioquin providebimus circa predicta de remedio oportuno. Datum Barchinone octavo idus septembris anno Domini MCCCXL tertio. A. vicecancellarius.

Similis proxime inserte littere de verbo ad verbum fuit facta littera q ue missa fuit consulibus dicte civitatis Marcilie. A. vicecancellarius.

Preterea cum ad dicti domini Regis Aragonum audientiam pervenisset quod inclitus Jacobus de Majoricis volebat vendere seu impignorare quibusdam cardinalibus vicecomitatus Carladesii et Omeladesii ac baroniam et villam Montispesulani in perjuditium jurium dicti domini Regis Aragonum ipse dominus Rex die et anno in subsequentis litteris expressatis scripsit ad cautelam super eo domino Summo Pontifici et quibusdam cardinalibus nec non procuratori ejusdem domini Regis in Romana Curia per suas litteras de mandato ipsius domini Regis infra in presenti processu insertas quarum tenores sequuntur per ordinem in hiis verbis.

Sanctissimo ac beatissimo in Christo patri domino domino Clementi divina providentia sacrosancte romane ac universalis ecclesie Summo Pontifici. Petrus Dei gratia Rex Aragonum etc. Pedum oscula beatorum. Auditui nostro pater sanctissime noviter est deductum quod inclitus Jacobus de Majoricis in nostri grande perjuditium et lesionem non modicam nostrorum jurium que habemus queque ad nos spectant in vicecomitatibus Carladesii et Omeladesii et baronia et villa Montispesulani tam ratione exequtionis justitie quam contra dictum Jacobum facere incepimus et con-

tinuare intendimus domino concedente ratione denegationis predictorum et aliarum que pro nobis tenet in feudum quam ratione juris substitutionibus seu vinculi vel successionis nobis et nostris successoribus pertinentis vel spectantis in vicecomitatibus et baronia et villa predictis et aliis universis bonis que dictus Jacobus possidet casu quo ipsum vel prolem legittimam suam absque filiis masculis mori contigeret quandocumque tractat dictus vicecomitatus et baronia vel partem eorum vendere seu in alios in fraudem predictorum nostrorum jurium transportare. Cujus tractatibus se inmiscent auresque suas prebent ut perpendimus aliqui cardinalis de quo vehementer admirari cogimur et moveri cum non deceat statum tam notabilium personarum sicuti Cardinalium in perjuditium et exheredamentum nostri dominii et juris nostri patrimonibus se ingerere nec assumere in se onus tante ingratitudinis in lesionem non modicam et ofensam nostri qui nullam eis causam scimus nec intendimus prebuisse. Quare beatissime pater predicta ad vestram notitiam deducentes vestre sanctitati humiliter supplicamus quatenus vestrum sacrum collegium cardinalium dignemini exortari eisque et eorum singulis sub virtute obedientiė vel alias prout scitanti vestre videatur expediens inhibere quod in nostrorum jurium tantum prejuditium et gravamen aliquibus tractatibus super venditione vel quacumque alia alienatione vel impigneratione eis vel ipsorum alicui de dictis vicecomitatibus et baronia in totum vel in partem fienda nullatenus se involvant. Quinimo si super eo processum

est in aliquo id provideat vestra sanctitas revocari. Almam personam vestram conservare dignetur altissimus incolumem ecclesie sue per tempora longuiora. Datum Barchinone IIII Idus septembris anno Domini Millesimo CCC quadragesimo tertio. Sigillatum.

Reverendo in Christo patri Bernardo divina providentia tituli Sancti Ciriaci in Termis presbitero Cardinali spetiali amico nostro. Petrus Dei gratia Rex Aragonum etc. Salutem et honoris incrementum. Significamus paternitati vestre quod nos scribimus domino Summo Pontifici post assuete recomendationis preambulum in hec verba. Auditui nostro pater sanctissime noviter est deductum qnod inclitus Jacobus de Majoricis in nostri grande prejuditium et lesionem non modicam nostrorum jurium etc, inserto tenore littere proxime registrate usque ad clausulam Almam etc. Vestram igitur paternitatem de qua plenam fidutiam gerimus ab experto precamur attente quatenus dicto domino Summi Pontifici velitis preinsertam litteram presentare ipsumque informare de jure nostro et instare penes eum quod nullo modo permittat quinimo expresse prohibeat ne aliquis cardinalis se ingerat in premissis in nostrorum jurium tam maximam lesionem. Datum Barchinone quarto idus septembris anno Domini Millesimo trecentesimo quadragesimo tertio Sigillatum.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum etc. Dilecto nostro Bonifacio Ferrarii legum doctori procuratori nostro

in Romana Curia. Salutem et dilectionem. Significamus vobis quod nos scribimus domino Summo Pontifici post assuete recomendationis preambulum in hec verba. Auditui nostro pater sanctissime noviter est deductum quod inclitus Jacobus de Majoricis in nostri grande prejuditium et lesionem non modicam nostrorum jurium etc. inserto toto tenore littere supradicte domini Pape usque ad clausulam Almam etc. Quocirca vos attente rogamus quatenus sollicitetis Reverendum Cardinalem Rutenensem cui pro hiis per alias nostras litteras scribimus ut litteram preinsertam velit quam totius poterit dicto domino Summo Pontifici presentare ipsumque de jure nostro informare et instare penes eum quod ad venditionem predictorum nostrorum jurium in totum vel in partem nullatenus procedatur. Nec minus si vos sentiretis procedi in aliquo in premissis mox vos opponatis eisdem de jure nostro prout expedierit protestando. Et de hiis omnibus que circa premissa occurrere noveritis curetis nos vestris litteris reddere cerciores. Datum Barchinone quarto idus septembris anno Domini MCCCXL tertio. Sigillavit.

Scripsit etiam idem dominus Rex Aragouum pro consimili ratione cum litteris credentie Illustri Regi Francie et inclito Johanni de Francia ac quibusdam aliis ut per tenores ipsarum in presenti processu insertis mandato ipsius domini Regis Aragonum liquidum est videre qui per ordinem subsequutur.

Serenissimo ac magnifico principi Philipo Dei gra-

tia Francorum Regi illustri consanguineo nostro karissimo. Petrus eadem gratia Rex Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comesque Barchinone. Salutem et felicium successuum incrementa. Quia nos super quibusdam negotiis pro parte nostra magestati regie exponendis per fidelem scriptorem nostrum Matheum Adriani in vestra curia jam presentem latius duximus litteratorie informandum. Propterea vestram excellentiam cum instantia deprecamur ut hiis que pro parte nostra dictus Matheus Adriani vobis duxerit exponenda velitis et placeat fidem indubiam adhibere. Significantes vestre celsitudini quod nos tam pro hiis quam aliis intendimus quendam nostrum militem eidem celsitudini destinare. Datum Barchinone quarto idus septembris anno Dumini Millesimo trecentesimo quadragesimo tertio. Sigillavit.

Inclito et magnifico Johanni de Francie duci Normandie consanguineo nostro karissimo. Petrus Dei gratia Rex Aragonum etc. Salutem et votive felicitatis aucmentum. Quia nos super quibusdam negotiis nos multum tangentibus vobis pro parte nostra exponendis per fidelem scriptorem nostrum Matheum Adriani jam presentem in curia illustris Regis Francie genitores vestri ipsum Matheum duximus litteratorie informandum. Ideo magnificentiam vestram attante rogamus quatenus dicti Mathei relatibus detis fidem. Datum Barchinone quarto idus septembris anno Domini Millesimo trecentesimo quadragesimo tertio. Sigillavit.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum etc. Nobili viro Guillermo Flota domino de Ravell illustris Francie Regis consanguinei nostri karissimi consiliario ac Francie cancellario. Salutem et dilectionem. Quia nos super quibusdam negotiis nos multum tengentibus vobis pro parte nostra esponendis per fidelem scriptorem nostrum Matheum Adriani jam presentem in curia Illustris Regis Francie predicti ipsum Matheum duximus literatorie informandum. Ideo nobilitatem vestram attente rogamus quatenus dicti Mathei Adriani relatibus detis fidem. Datum Barchinone quarto kalendas septembris anno Domini Millesimo trecentesimo quadragesimo tertio. Sigillavit.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum etc. Nobili viro Milioni de Noeriis buticelario Francie ac illustris Francie Regis consiliario salutem et dilectionem. Quia nos super quibusdam negotiis nos multum tangentibus vobis pro parte nostra exponendis per fidelem scriptorem nostrum Matheum Adriani jam presentem in curia illustris Regis Francie predicti ipsum Matheum duximus litteratorie informandum. Ideo nobilitatem vestram attente rogamus quatenus dicti Mathei relatibus detis fidem. Datum Barchinone quarto idus septembris anno Domini Millesimo trecentesimo quadragesimo tertio. Sigillavit.

Quequidem credentia fuit comissa Mathei Adriani scriptori dicti domini Regis Aragonum tunc in curia

dicti Francie Regis personaliter existenti cum littera Regia et certis capitulis sibi missis cujus littere et capitulorum tenores hic inserti mandato dicti domini Regis Aragonum sequntur per ordinem in hunc modum.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum etc. Fideli scriptori nostro Matheo Adriani. Salutem etc. Ecce quod nos mittimus vobis quedam capitula sub nostri sigilli munimine juxta quarum continentia volumus in secreto vos loqui cum illustri Rege Francie et cum personis quas ad premissa noveritis esse bonis et spetialiter cum cancellario ac duce Normandie et cum nobili viro Melione de Noeriis quas nos per nostras litteras credentie ad vos seu informationem vestram super eo duximus remittendas. Quare volumus vobisque mandamus expresse quatenus cum superius nominatis et aliis quos expedire videritis conferatis seorsum ora et oportunitate captatis quantum secretius poteritis super contentis in capitulis memoratis eosque de jure et intentione nostris curetis plenarie informare et nos de eorum responsione et intentu quos illos gerere videritis circa hec vestris litteris reddere certiores. Curam in hiis et diligentiam sollicitam adhibendo. Datum Barchinone quarto idus septembris anno Domini Millesimo CCCXL tertio. Sigillavit.

A audiencia del Senyor Rey es pervengut que lalt En Jacme de Mallorques procura fer venda al alt Rey de França dels vescomtats de Carlades e Domelades et de la baronia de Montpestler la qual cosa seria en gran

perjudici del Senyor Rey et de la exequcio quel Senyor ha començada e enten a continuar contra lo dit En Jacme.

Per ço a embargar la dita venda sia enformat En Matheu Adria de les coses ques seguexen.

Ço es saber quels dits vescomtats et baronia son alou del Senyor Rey et el dit Senyor Rey es senyor directe et major dels dits vescomdats e baronia et en possessio de les dites coses es e son stats lo Senyor Rey et sos predecessors car lo Senyor Rey et sos predecessors han reebuts homenatges et sagraments de feeltats per los dits vescomdats et baronia dels Reys de Mallorques qui son estats de cascu en sa novella senyoria jassia que dalcun temps a ença sia estat pleyt entre lalt Rey de França et el dit En Jacme de Mallorca de les damunt dites coses perque los dits vescomdats et baronia nos poden vendre ni alienar sens firma e consentiment del dit Senyor Rey.

Item quels dits vescomdats et baronia et la vila de Montpesler e los altres bens quel dit En Jacme de Mallorques posseex son vinclats al dit Senyor Rey et a sos succeydors si lo dit En Jacme de Mallorques et aquells qui de legitim matrimoni dell exiran moren sens infants mascles per que los dits lochs e bens sense consentiment del Senyor Rey nos poden alienar efectualment.

Item quel dit En Jacme de Mallorques moltes vegades publicament et manifesta et en scrits ha negats tenir en feu per lo Senyor Rey los dits vescomdats e baronia et les altres coses que te en feu per lo dit Senyor jassia que tres vegades per los dits vescomdats et baronia haja feyt homenatge e sagrament de feeltat al Senyor Rey et a sos predecessors axi con a senyors majors dels dits vescomdats et baronia per la qual denegatio e altres molts greus excesses comeses per ell contra lo Senyor Rey Senyor seu ha perdut tot quant dret havia en los dits vescomdats et baronia et aquell es devolut et guanyat al Senyor Rey.

E les coses damunt dites prepos lo dit Matheu devant lalt Rey de França et monsenyer de Noes et altres persones que a ell sia vigares e aço faça secretament.

Encara tracte e procur que venga a sabuda del dit Rey de França quel Senyor Rey es appareylat de ferli venda de tots drets que haja en los dits vescomdats e baronia axi del dret de la Senyoria major o alodia con de tot altre dret que a ell pertanga axi per vigor de la dita denegacio exequcio e vincle con per qualque altre rao o causa.

E de aço parle ab aquelles persones qui a aço sien profitoses.

E les dites coses faça secretament e prech de part del Senyor Rey lo Rey de França que no consenta quels dits vescomdats baronia et viles de Montpesler sien alienats en tot o en partida per lo dit En Jacme de Mallorca. Car per aço romandra saul son dret a quis qui li haja jassia quel dit Senyor Rey sentenga be avenir ab lo Rey de França del dret que ha en les dites vila e baronias. A. vicecanceller.

Deinde cum dictus dominus Rex Aragonum fuisset a pluribus informatus tam verbo quam litteris quod dictus inclitus Jacobus de Majoricis faciebat expresse contra retentionem factam expresse per ipsum dominum Regem Aragonum in supersessione jam dicta propterea idem dominus Rex scripsit dicto domino cardinali Rutinensi per suam litteram in hunc modum.

Reverendo in Christo Patri Bernardo divina providentia tituli Sancti Ciriaci in termis presbitero cardinali spetiali amico nostro. Petrus Dei gratia Rex Aragonum etc. Salutem et honoris incrementum. Noscat vestra paternitas quod inclitus Jacobus de Majoricis veniens contra retentionem per nos expresse factam in supersessione per nos ad honorem Sancte romane ecclesie et vestri instantia factam in executione justicie quam contra dictum Jacobum facimus occupavit CLXXX saccas plenas farine nobilis Petri de Fonolleto et quadraginta quarterias annone Arnaldi de Torrente mer-

catoris civis Barchinone et nonnulla bona mobilia Guillermi et Berengarii de Podio militum que habebant in villa Perpiniani ut de hiis relatione et informatione veridica extitimus plenarie informati plura etiam bona alia faciendo contra dictam retentionem dictus Jacobus dicitur occupase de quibus tamen nondum certificationem plenariam habuimus. Hec siquidem vestre paternitati ut inde notitiam habeat hujus serie providimus reservanda. Datum Barchinone idus septembris anno Domini Millesimo trecentesimo XL tertio. Sigillavit.

Subsequenter audito per dictum dominum Regem Aragonum quod dictus inclitus Jacobus de Majoricis intendebat omnino procedere ad impignorationem seu renditionem faciendam de vicecomitatibus et baronia de quibus jam supra mentio fuit facta. Ideo idem dominus Rex Aragonum die et anno contentis in carta procurationis sequentis ad cautelam ut posset suo loco et tempore apparere et ne posset jus regium amiti per negligentiam vel alia ratione constituit suos procuratores Franciscum de Area et Petrum Mir de quibus in sub inserta carta fit mentio ad opponendum se nomine dicti domini Regis impignorationi et venditionibus antefatis cum carta sua cujus tenor hic in presenti processu insertus mandato dicti domini Regis sequitur in hunc modum.

Noverint universi. Quod nos Petrus Dei gratia Rex Aragonum etc. Attendentes quod inclitus Jacobus de Majoricis sicut nobis significatum est noviter intendit

vendere impignorare sêu alienare vel in alium aut alios transfere comitatus Carladesii et Omeladesii ac baroniam et villam Montispesulani vel partem ipsorum. Et si hoc fieret cederet ad vel in perjudicium et lesionem enormem nostri et jurium nostrorum ad nos spectantium in premissis videlicet directi et superioris dominii quod habemus et nobis competit in vicecomitatibus et baronia predictis et in perjuditium ac lesionem juris in eis nobis et nostris successoribus adquisiti. Quia dictus Jacobus de Majoricis habet et alia tenere a nobis in feudum simpliciter denegavit propter quod nos jura nostra ut convenit prosequentes justicie exhigere juste procedimus contra eum et alias terras suas. Et insuper quia vicecomitatus et baronia predicti et antefata villa Montispesulani seu jura spectantia dicto Jacobo in eadem subjacent restitutioni debentque reverti nobis et successoribus nostris in casu quo dictus Jacobus vel filii ejus legittimi masculi descendentes ab eis in recta linea legittimi et masculi sine filio vel filiis legittimis decedant. Idcirco nolentes sicut non decet nos tantum perjuditium sustinere cum presenti carta nostra facimus constituimus et ordinamus certos et spetiales procuratores nostros vos Franciscum de Area civem et jurisperitum Nemausensem et Petrum Mir de civitate Valencie bacallarium in legibus licet absentes tanquam presentes et utrumque vestrum in solidum ita quod non sit potior conditio occupantis sed quod per unum inceptum fuerit per alium valeat mediari prosequi et finiri ad opponendum vos et contradicendum nomine et pro parte nostri cui-

cumque venditioni et cujuscumque generis alienationi facte vel fiende de dictis vicecomitatibus baronia villa seu aliqua parte vel jurium ipsorum. Et ad intimandum et protestandum de nostris juribus antedictis et ad faciendum fieri de predictis unum vel plura et tot quod necessaria fuerint instrumenta et generaliter ad requirendum protestandum contradicendum et faciendum omnia alia et singula que super et in premissis et circa ea ad conservationem jurium nostrorum fuerint opportuna quantumcumque mandatum exhigant spetiale etiam si majora vel graviora fuerint superius expressatis et que nos possemus personaliter constituti. Nos enim dantes et concedentes vobis et utrique vestrum insolidum ad premissa et alia incidentia emergentia incumbentia et dependentia ex premissis generalem et liberam administrationem cum plenissima facultate promittimus gratum ratum et firmum habere perpetuo quicquid per vos vel alterum vestrum actum gestum factum seu procuratum fuerit in premissis vel singulis et nullo tempore revocare. In cujus rei testimonium presentem fieri jussimus nostri sigilli pendentis munimine roboratam. Datum Barchinone quarto idus septembris anno Domini Millesimo trecentesimo XL tertio. Sigillavit.

Et nichilominus scripsit per suam litteram super eis dicto Francisco de Area in hunc modum.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum etc. Dilecto nostro Francisco de Area civi et jurisperito Nemauensi. Sa-

lutem et dilectionem. Cum nos attendentes quod inclitus Jacobus de Majoricis sicut nobis significatum est noviter intendit vendere impignorare seu alienare vel in alium aut alios transfere vicecomitatus Carladesii et Omeladesii ac baroniam et villam Montispesulani vel partem ipsorum quod si fieret cederet in lesionem jurium ad nos spectantium in premissis videlicet directi et superioris dominii quod habemus et nobis competit in vicecomitatibus et baronia predictis et in perjuditium ac lesionem juris in eis nobis et nostris successoribus adquisiti. Quia dictus Jacobus de Majoricis hec et alia tenere a nobis in feudum denegavit. Et insuper quia vicecomitatus et baronia predicta et dicta villa Montispesulani seu jura spectantia dicto Jacobo in eadem subjacent restitutioni debentque reverti nobis et successoribus nostris in casu quo idem Jacobus vel proles ejus legittima absque filiis masculis decederent quandocumque. Et nos volentes jura nostra ut convenit prosequi de vestra industria confidentes constituerimus vos una et insolidum cum Petro Mir de civitate Valentie bacallario in legibus certum et spetialem procuratorem nostrum ad opponendum vos et contradicendum nomine et pro parte nostra cujuscumque venditioni et cuicumque generis alienationi facte vel fiende de predictis in totum vel in partem ut in carta procurationis inde per nos vobis et dicto Petro Mir facte videbitis latius contineri. Ideo vos attente rogamus quatenus onus dicte procurationis predicte assumendo circa persecutionem predictorum juxta tenorem dicti procuratorii et alias informationes

quas super hoc vobis mittimus sitis sollicitus et incentus nostro intuitu et honore et regraciabimus vobis multum. Datum Barchinone XVI kalendas octobris anno Domini Millesimo trecentesimo XL tertio. Sigillavit.

Similis et sub eadem data fuit missa Petro Mir de civitate Valencie bacallario in legibus. Sigillavit.

Postmodum quia deductum fuerat ad audientiam prefati domini Regis Aragonum quod prefatus inclitus Jacobus de Majoricis spreta promissione dicta per eum cum carta supersessionis de quà supra fit mentio. Idem inclitus Jacobus non erubuerat immo de facto contra promissionem jam dictam presumserat congregatis agminibus obsidere et obsessum tenebat in loco de Corbaria nobilem Petrum de Fonolleto vicecomitem Insule. Propterea prefatus dominus Rex volendo succurrere ipsi vicecomiti in hoc casu scripsit inclitis infantibus Jacobo fratri et Raimundo Berengarii patruo suis ac nobili Petro Galcerandi de Pinosio et pluribus aliis nobilibus et militibus cum suis litteris tenores quarum infra inserte mandato dicti domini Regis Aragonum sequntur per ordinem in hunc modum.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum etc. Inclito infanti Jacobo comiti Urgelli et vicecomiti Agerensi carissimo fratri et generali procuratori nostro. Fraterne dilectionis plenitudinem cum salute. Significamus vobis quod nobilis Jacobus de Majoricis prout ex innato sibi

vitio solet impudenter vincula fidei ab eo promissa dirumpere securitatem supersessionis per eum factam in qua nobilis Petrus de Fonolleto vicecomes Insule cum omnibus bonis suis esse dinoscitur non veritus frangere vicecomitém ipsum in castro suo de Corbera intra dicti vicecomitatus limites consistente obsedit noviter et cum exercitibus suis districte ut pro certo dediscimus tenet obsessum. Verum cum dictus nobilis vicecomes faverit nobis et faveat in exequtione justicie quam facimus et continuare ac perficere contra eum intendimus Deo dante ac ex hoc honori nostro regio non modicum detrahatur nobisque cederet ad dedecus maximum et contemptum si dictus nobilis vicecomes ob defectum juvaminis opportunum periculum aliquos pateretur. Propterea volumus quatenus dato agendis omnibus intervallo omnique mora postposita convocatis per vos feudatoriis et exercitibus omnibus Cathalonie et spetialiter vicariarum Barchinone Bagiarum Ausone Vici Rivippulli et Rivippullensis Campirotundi et de Regali Gerunde et Bisuldini et cum emissione generalis Cathalonie soni ad partes Gerunde et Campirotundi celeriter accedatis. Et eundo personaliter vel alias mitendo equites et pedites in auxilium dictum vicecomitis cohibendo violentiam quam patitur eum taliter defendatis quod nostro sufultus subsidio ab obsidionis ipsius periculo totaliter preservetur et nichil in hiis honori nostro ac vestro depereat nichilque defectui sive desidie valeat aliquatenus imputari. Datum Valencie IIII nonas octobris anno Domini MCCCXL tertio. A. vicecancellarius.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum etc. Inclito infanti Raimundo Berengarii comiti impuriarum patruo nostro carissimo. Salutem et intime dileccionis afectum. Significamus vobis quod nobilis Jacobus de Majoricis prout ex innato sibi vitio solet impudenter vincula fidei ab eo promissa disrumpere frangendo noviter securitatatem supersessionis per eum factam in quam nobilis Petrus de Fonollete vicecomes Insule cum omnibus bonis suis esse dinoscitur vicecomitem ipsum in castro suo de Corbera intra vicecomitatum Insule consistente ut pro certo didiscimus nunc obsedit et cum exercitibus suis districte ipsum tenet obcessum. Verum cum ex hoc honori nostro regio plurimum detrahatur nobisque cederet ad dedecus maximum et contemptum si dictus nobilis vicecomes qui exequtioni quam facimus et continuare ac perficere Deo Dante disponimus contra dictum Jacobum de Majoricis debitum favorem impendit ex violentia obsidionis jam dicte periculum aliquod pateretur. Nosque propterea subsidium quod petimus a regnicolis Regni Valencie pro continuatione finali exequtionis pretacte premissis ad presens intendere non possimus. Idcirco vos ut magis afectuosse possumus deprecamur quatenus cum equitibus et peditubus vicecomitatus predicti omnia mora rejecta cum in tali et tanta necessitate sit magnum periculum allatura ad succurrendum et mittendum dictos equites et pedites dicto vicecomitatui et ad cohibendum violentiam dicti nobilis Jacobi totis viribus festinetis. Nam in hoc nobis gratissimum valde

servitium facietis. Intendimus namque omnibus equitibus ad dictum succursum euntibus de competenti stipendio providere sed ob solutionem ipsius succursum vestrum propter periculum inminens non tardetis nam in fide nostra regia vobis promittimus quod infra mensem a receptione presentium numerandum solvemus cuilibet stipendium ipsum integraliter et complete. Mandavimus namque Thesaurario nostro ac eum ad per res illas jussimus accedere cum pecunia et aliis omnibus que premissis fuerint opportuna. Datum Valencie quarto nonas octobris anno Domini Millesimo trecentesimo quadragesimo tertio. A. vicecancellarius.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum etc. Nobili et dilecto Petro Gaucerandi de Pinosio. Salutem et dilectionem. Significamus vobis quod nobilis Jacobus de Majoricis frangendo securitatem supersessionis per eum factam in qua nobilis Petrus de Fonolleto vicecomes Insule cum omnibus bonis suis esse dinoscitur vicecomitem ipsum in castro suo de Corbera intra vicecomitatum Insule consistentem ut pro certo didiscimus nunc obsedit et cum exercitibus suis districte ipsum tenet obsessum. Verum cum ex hoc honori nostro regio plurimum detrahatur. Et cum ea valde sint periculosa nedum dicto vecomiti sed nobis et executioni quam contra dictum nobilem Jacobum de Majoricis incohavimus ac perficere intendimus Deo dante sit plurimum necessarium ut ad succurrendum eidem totis viribus festinetur. Ea propter vos afectuose rogamus

quatenus in auxilium et succursum dicti vicecomitis exsurgentes cum militibus et amicis vobis vicinis et aliis equitibus et peditibus quos habere poteritis eidem vicecomiti subito succurratis taliter quod vestro et aliorum quos ad hoc mittimus fultus auxilio ab ipsius obsidionis periculo ac omni violentia liberetur. Nec defectu stipendiorum de quibus vobis et aliis intendimus liberaliter providere succursum vestrum cum esset periculum retardetis. Quia in fide nostra Regia vobis promittimus quod infra mensem a receptione presentium numerandum faciemus vobis exsolvi stipendia vobis debita intégraliter et complete jam enim ordinavimus quod thesaurarius noster infra dictum tempus ad partes illas accedat cum peccunia et aliis omnibus que premissis fuerint opportuna. Datum ut supra proxime.

Similes littere fuerunt misse.

Nobili et dilecto Poncio de Capraria filio et heredi nobilis Bernardi vicecomitis de Capraria.

Nobili et dilecto Hugueto de Impuriis.

Dilecto suo Berengario de Palafols.

Dilecto suo Guillermo de Senesterra.

Dilecto suo Francisco de Cerviano.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum etc. Dilecto suo Petro de Melanno militi. Salutem et dilectionem. Significamus vobis quod nobilis Jacobus de Majoricis frangendo securitatem supersessionis per eum factam in

qua nobilis Petrus de Fonolleto vicecomes Insule cum omnibus bonis suis esse dinoscitur vicecomitem ipsum in castro suo de Corbera intra vicecomitatum Insule consistente ut pro certo didicimus nunc obsedit et cum exercitibus suis districte tenet obsessum verum cum ex hoc honori nostro regio plurimum detrahatur et cum ea sint valde periculosa nedum dicto vicecomiti sed nobis et exequtioni quam contra dictum nobilem Jacobum de Majoricis incohauimus ac perficere intendimus Deo dante sit plurimum necessarium ut ad sucurrendum eidem totis viribus festinetur. Ea propter afectuose vos rogamus quatenus in auxilium et succursum dicti vicecomitis exsurgentes cum militibus et amicis vel vicinis ac hominibus vestris dicto vicecomiti subito succurratis sicut pridem in civitate Barchinone nobis ad hec vos liberaliter obtulistis. Nos enim scribimus super hiis dilectis nostris Raimundo de Castlario militi Petro de Vilademayn Raimundo de Corbaria et aliis de illis partibus ut una vobiscum properent ad succursum vicecomitis supradicti. Scribimus insuper generaliter universis et singulis baronibus et nobilibus generosis et aliis infra terras Cathalonie degentibus ut super premissis vestris relatibus adhibeant plenam fidem. Comittimus etiam vobis in litteris per nos eis directis credentiam per quam eos inducere poteritis ad predicta et constanter asserere et in fide nostra regia eis promittere quod infra mensem a receptione presentium numerandum tam vobis quam eis de stipendiis solitis faciemus infallibiter providere. Jam enim ordinamus quod thesaurarius noster

infra dictum tempus erit in partibus illis cum peccunia et aliis omnibus que premissis fuerint oportuna. Scribimus etiam vicecemitisse de Rochabertino quod per Castra et loca earum dent vobis et aliis quos ad hec mittimus sucurum transitum et regressum. Datum ut supra.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum etc. Dilecto nostro Raimundo de Castlario militi. Salutem et dilectionem. Significamus vobis quod nobilis Jacobus de Majoricis frangendo securitatem supersessionis per eum factam in qua nobilis Petrus de Fonolleto vicecomes Insule cum omnibus bonis suis esse dinoscitur vicecomitem ipsum in castro suo de Corbera intra vicecomitatum Insule consistente ut pro certo didiscimus nunc obsedit et cum exercitibus suis districte ipsum tenet obsessum. Verum cum ex hoc honori nostro Regio plurimum detrahatur et cum sint valde periculosa nedum dicto vicecomiti sed nobis et exequtioni quam contra dictum Jacobum de Majoricis incohavimus ac perficere intendimus Deo dante sit plurimum necessarium ut ad succurrendum eidem totis viribus festinetur. Ea propter vos afectuose rogamus quatenus in auxilium et succursum dicti vicecomitis exsurgentes cum militibus et amicis vel vicinis et aliis equitibus et peditibus quos habere poteritis eidem vicecomiti subito succurratis taliter quod vestro et aliorum quos ad hec mittimus fultus auxilio ab ipsius obsidionis periculo aut omni violentia liberetur. Nos defectu stipendiorum de quibus vobis et aliis in-

tendimus liberaliter providere succursum vestrum cum esset periculum retardetis. Nam in fide nostra Regia vobis promitimus quod infra mensem areceptione presentium numerandum faciemus vobis exsolvi stipendia vobis debita integraliter et complete jam enim ordinavimus quod thesaurarius noster infra dictum tempus ad partes illas accedet cum peccunia et aliis omnibus que premisis fuerint oportuna. Super quibus omnibus hiis que dilectus noster Petrus de Melanno miles vobis pro parte nostra retulerit curetis fidem credulam adhibere. Datum Valencie quarto nonas octobris anno Domini Millesimo trecentesimo quadragesimo tertio. A. vicecancellarius.

Similes de verbo ad verbum fuerunt misse.

Petro de Vilademayn.

Riambaldo de Corbaria. Et in hac fuit appositum quatenus in auxilium et succursum dicti vicecomitis exsurgentes cum militibus et amicis vobis vicinis ac cum sociis quos in frontaria habuistis et aliis equitibus et peditibus quos habere poteritis eidem vicecomiti subito succurratis etc. ut in alia supra proxime scripta.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum etc. Dilecto suo Dalmacio de Fotzone vicario Gerunde et Bisulduni. Salutem et dilectionem. Significamus vobis quod nobilis Jacobus de Majoricis frangendo seuritatem supersessionis per eum factam in qua nobilis Petrus de Fo-

nolleto vicecomes Insule cum omnibus bonis suis esse dinoscitur vicecomitem ipsum in castro suo de Corbera intra vicecomitatum Insule consistente ut pro certo didiscimus nunc obsedit et cum exercitibus suis districte ipsum tenet obsessum verum cum ex hoc honori nostro regio plurimum detrahatur et cum ea sint valde periculosa nedum dicto vicecomiti sed nobis et exequtioni quam contra dictum Jacobum de Majoricis incohavimus ac perficere intendimus Deo dante sit plurimum necessarium ut ad succurrendum eidem totis viribus festinetur. Et propterea diversis nobilibus et militibus Cathalonie nostras litteras dirigamus ut ad succursum predicto vicecomiti celeriter properent taliter quod dictus vicecomes eorum fultus auxilio ab omni violentia omnique periculó liberetur. Idcirco vobis districte precipiendo mandamus quatenus convocatis exercitibus vicariarum vobis comissarum et alias totis viribus assistatis omnibus illis qui de mandato nostro accesserint ad auxilium et succursum vicecomitis antedicti taliter quod illum valeant a tanto discrimine preservare et illum et bona sua defendere viriliter et potenter. Datum ut supra.

Similis littera fuit facta et missa videlizet.

Vicario Vici Ausonensi Rivipullensi Campi Rotundi et de Regali.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum etc. Nobili et dilecte Eliisendi vicecomitisse de Rocabertino. Salutem

et dilectionem. Significamus vobis quod nobilis Jacobus de Majoricis frangendo securitatem supersessionis per eum factam in qua nobilis Petrus de Fonolleto vicecomes Insule cum omnibus bonis esse dinoscitur vicecomitem ipsum in castro suo de Corbera intra vicecomitatum Insule consistente obsedit noviter et cum exercitibus suis districte ipsum tenet obsessum. Verum cum ex hoc honori nostro regio plurimum detrahatur nobisque cederet ad dedecus maximum et contemptum si dictus nobilis vicecomes ex violentia jamdicte obsidionis periculum aliquod pateretur. Et propterea inclitum infantem Jacobum comitem Urgelli et vicecomitem Agerensem karissimum fratrem et generalem procuratorem nostrum et alios nobiles milites generosos et pedites ad auxilium et succursum dicti vicecomitis transmittamus. Idcirco nos afectuose rogamus quatenus omnibus illis qui in dicti vicecomitis adjutorium ad partes Rossilionis accesserint per omnia loca vestra velitis honore vestri concedere liberum et securum introitum et regressum et in hiis que multum honorem nostrum regium et bonum statum ac prosperum regnorum et terrarum nostrorum tangere dinoscuntur velitis nobis omnimode complacere. Nam vos ex hoc spetialiter congruis et utilibus gratiarum actionibus prosequemur. Datum Valencie. Pridie nonas octobris anno Domini Millesimo CCC quadragesimo tercio. A. vicecancellarius.

Similis littera de verbo ad verbum fuit missa.

Nobili Beatrice vicecomitisse de Rocabertino. A. vivecancellarius.

Nichilominus etiam prefatus dominus Rex Aragonum volendo certificari de contentis in litteris preinsertis scripsit per suam litteram dicto vicecomiti Insule cujus tenor infra in presenti processu insertus mandato dicti domini Regis sequitur in hunc modum.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum etc. Nobili et dilecto nostro Petro de Fonolleto vicecomiti Insule. Salutem et dilectionem. Significamus vobis quod inclitus Jacobus Majoricis misit nobis per cursorem suum quendam litteram ejus sigillo sigillatam cujus tenor talis est. Excellenti principi domino Petro Dei gratia Aragonum Valencie Sardinie et Corsice Regi illustri comitique Barchinone. Jacobus per eandem Rex Majorice comes Rossilionis et Ceritanie ac dominus Montispesulani. Ecce quod reverendo in Christo Patri Bn. tituli Sancti Ciriaci in Thermis presbitero cardinali scribimus in hec verba. Reverende pater cum Arnaldus de Corbaria et Bernardus de Corbaria fratrer suus post recessum vestrum alia enormia et contra nostram majestatem duxerint comittenda ipsos fratres capi jussimus ut pro eorum culpis juste punirentur quod cum fieret Petrus de Fonolleto non contentus quod bestiare per suos captum ante vestrum recessum et de quo nobis per fidelem nostrum Johannem Pagesii burgensem Perpiniani cujus erat fuit facta mentio non res-

ituit donec decem et octo florenos sui pro redempcione dicti bestiarii habuissent. Retinentes nichilominus et restituere contradicentes de illo animalia circa sexaginta que sicut fuit probatum deficiebant de dicto bestiari quando fuit et quod pridie quatuor homines nostros mandata nostra et preconitzationes exequentes que sunt ut nullis de terris nostris victualia extrahat ceperit et vitualia que quibusdam Regi Francie per illos tanquam confiscata erant capta dictis quatuor abstulerit et ea illis quibus rigore nostre preconitzationis capta fuerant restituerit ut ea sicut factum est extra nostram dominationem contra nostram prohibitionem asportarent hiis et aliis que ex causa tacenda duximus ut dictum est non contentus justiciam impediendo in quantum in eo fuit dictam captionem dictorum fratrum visus est cum armis impedire et in castrum de Corbaria quod unius fratrum predictorum erat cum armis intravit et cum armis defendidit et defendit ut juxta per nos ordinata ad manum nostram sicut alia bona dictorum fratrum minime dictum castrum ponatur. Quequidem vestre paternitati duximus significanda ut veritatem premissorum sciatis et ut de verbo quod in conventione quam vobis promissimus continetur in quo cavetur quod nos non dampnificabimus dictum Petrum de Fonolleto et ceteros dum tamen ipsi nos terras et subditos nostros et eorum bona non dampnificent memoriam habeatis. Nec lateat vestra paternitas quod dictus Petrus de Fonolleto cum favoribus suis noviter magnam quantitatem bestiarii leverit subditorum nostrorum. Datum Perpiniani XXII die

septembris anno Domini Millesimo trecentesimo XL tertio. Datum ut supra. Predicta enim vobis significamus ut ea que idem Jacobus de Majoricis vobis imponit in littera preinserta ut melius poteritis excusetis et nobis rei veritatem super predictis curetis transcribere festinanter. Datum Valencie octavo idus octobris. Anno Domini Millesimo CCCXL tertio. A. vicecancellarius.

Postmodum habita per ipsum dominum Regem certificatione predictorum a dicto vicecomite Insule idem dominus Rex die et anno in subinserta littera expressatis scripsit dicto domino cardinali Rutinensi cum sua littera hic inserta mandato dicti domini Regis cujus tenor talis est.

Reverendo in Christo Patri domino Bernardo divina providentia tituli sancti Ciriaci in Thermis presbitero cardinali spetiali amico nostro. Petrus Dei gratia Rex Aragonum etc. Salutem et honoris incrementum. Ut de indebitis et plurimum detestandis novitatibus quos nobilis Jacobus de Majoricis atemptavit post supersessionem per nos graciose concessam in exequtione contra eum incepta vestra paternitas informetur vobis significamus quod cum dictus nobilis Jacobus qui prius castrum de Sancto Felicio quod est vicecomitatus Insule et quod nobilis mater ipsius usufructuario jure tenebat occupaverat combussisset et subsequenter illud dimisisset ad usum dum nobilis vicecomitissa castrum ipsum recuperavit et per bajulum et sagio-

nes suos in illo jurisdictionem exercuit et quamvis tempore quo dictam supersessionem ut est dictum concessimus illud dicta nobilis possideret. Postea in ipsum dictus nobilis Jacobus de Majoricis occupavit et in eo jurisdictionem exerceret ac omnes redditus recipi que omnia requisitus restituere contradicit. Post dictam etiam supersessionem cepit et stabilivit castrum de Finestret quod est vicecomitis antedicti quod prius per eum non fuerat stabilitum. Cepit insuper post supersessionem eandem trecenta quintalia de farina de illa quam nos dari fecimus stipendiariis in solutum quam dictus vicecomes mitti providerat ad Narbonam. Et quamvis Guillermus Rubei miles in securitate supersessionis sit spetialiter nominatus post eam tamen occupavit hospitium et omnia bona mobilia que habebat in villa Perpiniani et ea detinet occupata. Similique modo cepit hospitium et redditus quos Thomas de Marçano miles habebat in castro de Sancto Felice et totum bladum et bona mobilia ipsius in dicta supersessione contenti et fecit scindere arbores et dirui mansum quem habebat in termino Castri novi. Occupavit insuper post supersessionem eandem quadraginta eminas frumenti quas Arnaldus dominus de Corbaria habebat in villa Perpiniani bona etiam mobilia Berengarii de Podio militis et Guillermi de Podio domicelli que potuit reperire et totam jurisdictionem locorum ipsius Guillermi nec non bona Arnaldi de Fonolleto que habebat in Perpiniano post supersessionem hujusmodi occupavit. Preterea quibusdam ficmentis pro colore quesitis in fraudibus excogitatibus multum in-

debite et injuste cepit Arnaldum de Corbera et fratrem ejus vassallos dicti vicecomitis de Insula nec non uxorem et filios dicti Arnaldi villamque Corbarie inter vicecomitatum de Caneto sistentem et insuper villam de Insula ubi est dictus vicecomes tenet obsessam et alias dampnatis ausibus relaxatis habemus irruit contra omnes quibus securitatem promissam debuerat observasse non veritus nobis scribere et in velamen tot illicitorum adicere super hiis et aliis plurima que a veritatis essencia sunt penitus aliena. Que omnia tanquam vobis spetiali amico nostro significare decrevimus ut si ex hiis ante tempus supersessionis contra illum frangentem polliuta continuando executionem nostram per viam justiciam procedere nos contingat vestra paternitas non miretur. Datum Valentie sexto idus octobris anno Domini Millesimo trecentesimo XL tertio. A. vicecancellarius.

Preterea cum ad audientiam dicti domini Regis relatione plurium pervenisset quod dictus dominus Summus Pontifiex tanquam zelator justicie adversus aliquos obloquentes amplexus fuerat justiciam quam idem dominus Rex prosequebatur contra inclitum Jacobum de Majoricis antedictum rationabiliter atque juste per processum quem faciebat et fecerat contra eum. Quodque idem dominus Summus Pontifex ipsum processum contra dicti domini Regis emulos justis rationibus defendebat. Ideo ipse dominus Rex die et anno expressis in littera subsequenti scripsit ipso domino Summo Pontifici et Penistrensi episcopo per

suas litteras quarum tenores infra in presenti processu inserti de mandato ipsius domini Regis sequntur per ordinem in hunc modum.

Sanctissimo ac beatissimo in Christo Patri et domino domino Clementi divina providentia sacrosancte Romane et universalis ecclesie Summo Pontifici Petrus Dei gratia Rex Aragonum etc. ejus humilis filius et devotus pedum oscula beatorum. Abhominabile Deo et hominibus juditium rationis sequentibus per orrendum ingratitudinis vicium detestantes et magnis a Sede apostolica largitatibus collatis progenitoribus nostris ac nobis honoribus atque favoribus gratiarum inducti quorum censeri nolumus immemores aut ingrati habet pater sanctissime non inmerito nostra filialis devotio unde domino Deo nostro in vocem exaltationis et confessionis erumpat et fateatur humiliter nobis de inmenso ipsius loco fore concessum et cordi vestre sanctitatis infusum ac vestra beatitudo quam justiciam vere colit equitatem diligit ac veritatem prosequitur in omnibus viis super processu exequtionis per nos contra Jacobum de Majoricis ejus obstinata exigente protervia incohate prout relatu fide dignorum accepimus jus nostrum libenter amplectitur et justicie nostre favet adversus aliquos obloquentes processum ipsum justis rationibus defendendo nec illis credentiam adhibendo. Pro quibus devotos laudes et gratiarum supplices acciones vestre referimus sanctitati disponentes ex hoc ad nostra et sancte matris ecclesie grata servicia nos semper reddere promptiores. Ceterum

pater sanctissime quia nonnulli Sedis apostolice cardinalis videlicet Panestrinus de Puteo de Neapoli et etiam Hostiensis molientes ut pro certo didicimus stateram justicie nostre subvertere et nos in exequtione predicta prout se ofert eis possibilitas impedire predicto inclito Jacobo de Majoricis de certis mutuo quantitatibus florenorum subvenirent et contra exequtionem predictam justicie robore circumfultam favorem et auxilium prebuerunt et impendere non desistunt. Ideo beatitudini vestre seriem litteratum quos post assuetum preambulum super hoc singulis eorum dirigimus presentibus jussimus intercludi. Quibus diligenter attentis consideret vestra sanctitas si per dictos cardinales premissa honeste vel licite fieri potuerunt. Almam personam vestram conservet Altissimus suo sancto servitio per tempora longuiora. Datum Valencie quarto idus octobris anno Domini Millesimo CCCXL tertio. A. vicecancellarius.

Reverendo in Christo Patri domino Petro divina providentia Penestrinensi episcopo ac sacrosancte Romane Ecclesie vicecancellario spetiali amico nostro. Petrus Dei gratia Rex Aragonum etc. Salutem et dilectionis afectum. Quantis et quam gravibus nos ac nostrum Regale dominium incliti Jacobi de Majoricis detestanda temeritas provocavit ofensis dampnis affecerit et injuriis perturbarit cudendo monetam novam in villa Perpiniani ac currere faciendo in comitatu Rossilionis aliam preterquam monetam Barchinone quam indebite fundi fecit regnumque Majoricis

et terras alias cismarinas a nobis in feudum tenere contra juramenta et homagia per eum ter prestita cum litteris suis et instrumentis publicis denegando firmam juris pro ipsis feudis facere recusando quamvis eam per fidem et homagium facere teneretur nostrosque subditos in dictis terris feudalibus sub ejus securitate degentes capiendo bonaque ipsorum per violentiam occupando et alias ipsis dampna plurima inferendo aliaque plura detestabilia perpetrando que conventiones inter utriusque progenitores inite juramento et homagio roboratis fieri prohibent manifeste ac demum quod in omnibus mundi partibus et potissime in Ispania nedum perniciorum exemplo sed horrendum plurimum valdeque nefandissimum reputatur se contra nos ejus utique dominum ad bellum erigere et in campestri prelio decretare nequitur presumendo non expedit exprimi litteris aut verborum oraculis aperiri cum id prout verisimili conjectura supponitur per multas orbis provintias fame discurrentis assercio divulgavit. Nec dubitemus ad vestre paternitatis notitiam ea liquido pervenisse propter quod et alios detestabiles actus suos inceptos antea et postmodum subsecutos premissa omnia nec non tam notabilem sectionem nostre corone Regie non valentes neque debentes ulterius sustinere necesariis nos opportuit ad arma convertere potentie nostre brachium contra illum dirigere et pro reintegrando jurium nostrorum executionem debitam facere justicia exigente. Hiis itaque et aliis que infra describimus recte perpensis nedum in admiratione sed quodam modo in stupore hoc ma-

xime nos inducit quod dictus inclitus Jacobus de Majoricis contra sua demerita toti mundo et illis potissime qui vassallos temporaliter obtinent exemplo perniciosa tantum reperiat in romana curia apud quosdam Sedis apostolice cardinales in sua detestabili et dampnanda rebellione favorem. Qui potius deberent appetere ut illius execranda superbia taliter plecteretur ne sua presumtuosa rebellione contra nos ejus dominum cujus ligius et astrictus vassallus existit nequitur attemptata ad ecclesie vassallos vel alios per exemplares alveos derivaret. Et quia de amiticia vestra spetialem fiduciam habemus et gerimus potissime cum in terris nostris obtineatis redditus satis notabiles et prebendas ve hementius cogimur admirari quod sicut plurimum et quorundam fide dignorum relatu percepimus vos in auxilium et succursum dicti incliti Jacobi de Majoricis in temerariis contra nos et famosis rebellionibus persistentes de certa quantitate ac non modica florenorum illi nunc mutuo subvenistis et alias eidem adversus executionem nostram justicie robore circumfultam favorem et auxilium prebuistis et impendere non cessatis huic autem admirationi non imerito causam prebet. Nam si clara erga Deum et romanam ecclesiam progenitorum nostrorum devotio qua succensi ad laudem et gloriam divini nominis exaltationem catholice fidei et honorem ipsius matris ecclesie velut fervidi Cristi pugiles Regna Majorice Valencie et Murcie aliasque Sarracenorum terras mahometica labe pollutas subjugarunt viriliter et divina eis assistente clementia reduxerunt ad cultum fidei christiane

sollicite accedantur. Si servitia per serenissimum dominum Regem Alfonsum genitorem nostrum Sedi apostolice gratanter impensa qui Regnum Sardinie et Corsice non absque sudoribus bellicis et tediosis laboribus strage non modica subditorum et inmensis profluviis expensarum jam dicte Romane ecclesie cui semper rebellaverat acquisivit diligentius cogitetur. Prefecto non illi nobis rebelli sed nobis qui pro ipso Regno Sardinie et Corsice sumus ejusdem vassallus ecclesie ab eadem ejusque ministris precipuis favores hujusmodi et subsidia deberentur. Quesumus igitur ut vestra summa prudentia in claustro pectoris premissa revolvens et alia circa hec consideranda diligenter advertens solerter discutiat si premissa fieri potuerint atque debuerint licite vel honeste. Datum Valencie octavo idus octobris anno Domini MCCCXL tertio. A. vicecancellarius.

Similes littere de verbo ad verbum fuerun misse dicto Penestrinensi Episcopo fuerunt misse Cardinalibus infrascriptis.

Reverendo in Christo Patri domino Bertrando divina providentia Ostiensi et Valletrensi episcopo non facta mentione de beneficiis.

Reverendo in Christo Patri domino Imberto tituli Sancti Basilice XII apostolorum presbitero cardinali facta mentione de beneficiis.

Reverendo in Christo Patri domino Ambaldo divina

providentia Tusculanensi episcopo non facta mentione de beneficiis.

Nichilominus etiam cum pervenisset ad audientiam dicti domini Regis quod aliqui cardinalis favebant justiciam ejusdem domini Regis. Ideo ipse dominus Rex die et anno contentis in littera subsequenti scripsit Portunensi episcopo per suam litteram cujus tenor in presenti processu insertus mandato dicti domini Regis sequitur in hunc modum.

Reverendo in Christo Patri domino Johanni divina providentia Portuensi episcopo spetiali amico nostro. Petrus Dei gratia Rex Aragonum etc. Salutem et horis incrementa. Licet ex pluribus evidentibus causis noverimus ab experto quod vestra reverenda paternitas ad nos et inclitam domum nostram cordialiter gerens sincere dilectionis afectum in prosequendis hiis que honorem nostrum concernunt impendit auxilium benivolum et favorem. Grata nobis plurimum quorundam fide dignorum relatio nos plene nunc docuit qualiter in negotio executionis per nos contra inclitum Jacobum de Majoricis obstinatam exigente protervia incohate amicitia vestra jus nostrum habet et habuit placidum et acceptum et justicie nostre facet adversus aliquos obloquentes processum nostrum validis rationibus defendendo. Quibus alta mente conceptis ad uberes gratiarum vobis assurgimus actiones eandem amicitiam vestram afectuose rogantes quatinus incepta laudabiliter continuando beningne sicut pro justicia nos-

tra apud dominum Summum Pontificem in consistorio et alias constanter hactenus actitistis sic nobis in illa de cetero faveatis in hoc videlicet spetialiter et signanter ne dominus Papa ad importunitatem aliquorum legatum vel nuntium aliquem pro premissis mittere non concedat ea ob hoc super feudis nostris incepta executio retardetur. Scimus namque experientia facti collegimus quod concessio sed extorsio potius hujusmodi nuntiorum nostris processibus obstaculum attulit et exequtionem ipsam multipliciter impedivit. Ex hoc et enim ad ea que ad honorem vestrum respici aut reddemur imposterum promptiores. Datum Valentie quarto idus octobris anno Domini Millesimo CCC quadragesimo tertio. A. vicecancellarius.

Similes littere de verbo ad verbum fuerunt destinate per ipsum dominum Regem cardinalibus infrascriptis videlicet.

Reverendo in Christo Patri domino Gocio divina providentia tituli Sancte Prisce presbitero Cardinali.

Reverendo in Christo Patri domino Petro divina providentia tituli Sancti Clementis presbitero cardinali.

Reverendo in Christo Patri Petro divina providentia Sabinensi episcopo.

Scripsit etiam idem dominus Rex Bonifacio Ferrarii legum doctori procuratori suo in Romana curia per suam litteram cujus tenor hic insertus mandato dicti domini Regis sequitur in hunc modum.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum etc. Dilecto suo Bonifacio Ferrarii legum doctori procuratori nostro in Romana curia. Salutem et dilectionem. Significamus vobis nos noviter scribere domino Pape et certis cardinalibus per singulares nostras litteras quarum tenores in quodam quaterno clauso et sigillo nostri vicecancellarii sigillato quem vobis mittimus continentur. Cumque omnino expediat quod prescripte littere quas portant hii cursores nostri qui vobis hanc nostram litteram presentabunt presententur celeriter tam domino Pape quam cardinalibus quibus diriguntur. Ideo vobis dicimus et mandamus quatenus omni tarditate rejecta curetis quod prescripte littere per vos vel eo meliori modo quo poteritis presententur domino Pape et Cardinalibus supradictis. Et de eo quod de premissis per vos actum fuerit nobis reddatis per vestram literam in predictis nostris tradendam cursoribus certiores. Datum Valentie pridie idus octobris anno Domini MCCC XL tertio. A. vicecancellarius.

Subsequenter quia die in supra proxime inserta littera expressata prefatus dominus Rex receperat quandam litteram Illustris Regis Francie suis officialibus destinatam in favorem ipsius domini Regis Aragonum ideo ipsa die fuit hic insertus mandato dicti domini Regis Aragonum tenor ipsius littere qui est talis.

Phelipe par la grace de Dieu Roys de France. A tous noz seneschauz e vigiers et a tous les justices et

subgiez de nostre Rouyaume aus quels ces letres veiront. Salut. Nous vous mandons et achascun de vous feites crier et defendre de par nous que nul de qualque estat ou condicion que il soit sus quant qui il se peut me fayre enves nous nulle hors de notre Royaume ne face mener chavaus armeures viures ou autres choses pour grever ou porter domage coment que ce soit a notre chier cousin le Roy Daragon ne en ses terres e pais ou a ses genz ou subgiez. Et comme autres faits ait este defendu de par nous se vous trovez que aucuns aient fait ou feissent au contraire saisiessez et metretz en notre man leurs terres et bens sens en fraire de lurtracen ou recreance serts mandament special de nous. Donne a Montpipeau le V journ de septembre lan de grace Mil CCC quarante troys sous le seel de notre secret.

Par le Roy.

Bar. . . . .

Quamquidem litteram supra proxime insertam incontinenti ipse dominus Rex misit ad senescallum Tholose et alios oficiales ipsius Regis Francie per Guillermum de Millano portarium suum cum litteris directis ex parte ipsius domini Regis Aragonum ipsis officialibus cujus dicte littere dicto Senescallo misse tenor sequitur in hiis verbis.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum etc. Dilecto et de-

voto nostro Senescallo Tholose vel ejus locum tenenti· Salutem et dilectionem. Cum illustris Francorum Rex carissimus consanguineus noster universis et singulis officialibus suis dirigat suas patentes litteras quas vobis mitti et adhiberi decrevimns per fidelem portarium nostrum Guillermum de Millano latorem presentium circa mandata et inhibiciones in favorem nostri ut ex tenore ipsarum apparet liquide continentes. Ideo vos roganus attente quatenus dicta mandata et inhibitiones publicando seu publicari faciendo ea observetis et observari per districtuales vestros faciatis inconcusse juxta ipsarum litterarum continentiam pleniorem. Quod que si aliqui sunt vel fuerunt transgressores vel neclectores mandatorum predictum illustrem Regem super illis et aliis jam factorum eos debite puniatis. Super hoc enim mandatis dicti Francie Regis illustris preabitis nosque illud regratiabimur illud vobis. Datum Valencie quinto idus octobris anno Domini Millesimo CCCXL tertio. A. vicecancellarius.

Similes littere de verbo ad verbum fuerum misse Senescallis subscriptis videlicet.

Senescallo Carcassone vel ejus locum tenenti.
Senescallo Bigorre vel ejus locum tenenti.
Senescallo Belliquadri vel ejus locum tenenti.

Postea ipsa eadem die contenta in litteris supra proxime insertis idem dominus Rex mandavit inseri in presenti processu tenorem cujusdam littere jam antea

per dies aliquos facte secrete manu ipsius domini Regis misse una cum quodam capitulo nobili Bernardo de Sono tenores quorum sequntur per ordinem in hunc modum.

En Pere per la gracia de Deu Rey Darago etc. Al noble e amat En Bernat de So senyor de Millars. Salutem et dilectionem. Fem vos saber quel noble En Pere de Fonollet vescomte Dilla nos ha scrit que vos regonexent la nostra justicia et encara la obligacio al Senyor Rey En Jacme avi nostre feta per lo noble Narnau de Corçavi avi vostre del qual per persona de vostre pare sots hereu volets venir a la nostra Senyoria ab algunes covinences contengudes en un capitol davayl scrit a nos trames per lo dit vescomte les quals covinences volets que nos fermem eus en façam una letra oberta scrita de nostra ma en la qual vos prohometam eus jurem IIII coses contengudes en lo dit capitol en la fi daquesta letra scrit. E nos acceptam les IIII coses en lo dit capitol contengudes exceptat lo nombre axi que sien tan solament X homens a cavall et prometem a vos ab la present letra oberta et scrita de nostra ma que nos complirem et tendrem a vos les coses en lo dit capitol contengudes segons que dit es. E axi ho juram per los sants IIII evangelis de Deu corporalment tocats. Vos empero faent sacrament et homenatge en nom nostre al dit noble En Pere de Fonollet a qui nos ho comanam ab letra nostra ço es que complirets et attendrets a nos les coses en lo dit capitols contengudes et que serets ab nos en la exequcio

que entenem a fer Deus aydant contra lalt En Jacme de Mallorca et quens hobeyrets segons quels altres richs homens et cavallers de Rosseyllo qui son ab nos e son estats. Scrita de nostra ma a IIII dies del mes de octobre en layn de nostre Senyor MCCCXLIII.

Primerament sapia la Senyoria Reyal quen P. de Fonollet ha tractat ab lo noble En Bernat de So Senyor de Millars quel dit noble sera ab lo dit Senyor Rey Darago et fara homenatge a quisque lo Senyor Rey vulla per nom del Senyor Rey et li valra ab Millars et ab tot quant ha leyalment contra lo Rey qui fo de Mallorcha. Mas que vol lo dit En Bernat quel Senyor Rey Darago li faça una letra oberta scrita de sa ma e jurada en la qual li prometra IIII coses. La primera que sil Senyor Rey conquer la terra de Rosseylo per quina que manera axi con tuyt havem fisansa. Quel Senyor Rey li desfara lo cambi qui fo feyt entre lo Rey de Mallorcha et el dit Bernat de la baronia de Corsavi ab lo castell de Millars e aço sembla al dit P. de Fonollet que faça affer majorment co Millars valla mes domens et de renda que la baronia de Corsavi. La segona cosa es que encontinent con lo dit Bernat se sia mes en la guerra contra el Rey qui fo de Mallorcha quel Senyor Rey li tendra XXX o XL homens a cavall a sou en Millars. La tercera es que si la terra de Rosseyllo en neguna manera romania al Rey qui fo de Mallorcha ço que Deu no vulla que en aquell cas lo Senyor Rey Darago li donas aytant en lo Regne Darago con val Millars et quel Senyor Rey prenga Millars. La

IIII cosa es quel Senyor Rey li prometra que no exiran dels affers aquests sens que non trasca ell axi con ha promes al dit P. de Fonollet et als altres qui son preçoners seus. Fiat sed numerus equitum reducatur ad decem.

Preterea cum fuisset significatum dicto domino Regi tunc existenti personaliter in civitate Valencie per inclitum infantem Jacobum fratrem et generalem procuratorem suum ac nobiles vicecomites de Insula et de Caneto captio facta de loco de Insula per inclitum Jacobum de Majoricis antedictum. Et quod hoc idem si peterat de loco seu castro de Caneto facere intendebat memoratus dominus Rex volens occurrere circa ea cum tempore ut decebat. Die et anno contentis in litteris infra insertis proxime scripsit per suas litteras Infanti et vicecomitibus antedictis quorum tenores in presenti processu inserti mandato prefati domini Regis sequntur per ordinem in hunc modum.

Lo Rey Darago.

Car frare vostre letra havem reebuda sobre los affers del loch Dilla lo qual En Jacme de Mallorques vinent contra la forma del sobresseiment convengut entre nos et ell ha pres violentment a sa ma et del setge lo qual se diu que enten a posar al loch de Canet et sobre los duptes que a vos occorren sobre la defensio del dit loch de les quals coses nos vos havem scrit ja per nostra letra. E entes plenerament ço que en la dita vostra

letra se contenia vos significam que cove molt a la nostra honor que vos axi con aquell que desigats et zelats ab cor fervent aquell proveescats en tot cas e en tota manera que si lo dit En Jacme de Mallorcha ha possat setge ço que no creem al dit loch de Canet sia daquell ramogut socorren al dit loch ab CC o ab CCL o ab CCC homens a cavall segons que vigares vos sera et ab aquella companya de servents queus parra en guissa que ell per res no puga romanir al setge car per la desonor quey pendrien poria esser subiran dampnatge dels afers de la exequcio. E que en tot cas proveescats que en lo castell de Canet romanguen L homens a cavall ab XXV que ja ni ha ço es XV que ni havia ab frare G. de Guimera et X que ni degren anar ab En G. Des Puig et En Berenguer Des Puig et En Pauquet de Bellcastell axi que ab aquells XXV que ni ajustets altres XXV que sien L. E semblantment quey romangueu ballesters part aquells LXXX quey trames lo nostre tresorer et part aquells qui jay eren ab lo dit frare G. de Guimera axi que entre tots los servents part les companyes dels cavallers sien CC. Et que façats fornir axi matex lo dit castell darmes et de viandes. E que los balesters qui ara hi seran meses que sien axi ben appereylats con los dits LXXX e ques faça en lo dit castell aquella obra que necessaria hi sia ha enfortir la força et a retre lo castell pus defenent. E que la esgleya que es prop lo castell si tenir nos podia que sia enderrocada car mes valria que nos puys la fessem reparar. Et axi mateix que les galees que estiguen continuament en

aquella costera aytant con mester hi sia per la dita manera o per altra que vos acordets e conegats pus expedient. Vos pregam car frare axi curosament com podem que vos en aquests afers proveescats profitosament axi con de vos confiam et axi con se pertany a nostra honor crexen o mirvan lo nombre dels cavallers et dels servents quey romandran en guisa que si En Jacme de Mallorques volia tornar assetiar lo castell quel li puguen defendre e que sobre aço vullats entendre diligentment. Per ço con nos de present no podem esser en aquexes parts mes serem hi si a Deu plau dins breu temps e lavors nos hi provehirem axi con mester hi sera. Quant es de la moneda a aço necessaria jan havem scrit al sots teshorer nostre qui es a Barchinona que en tots cas vos faça compliment entro a XXV millia solidos. Et si per ventura navets pus mester pregam vos que venen o enpenyoran de nostres rendes et drets reals o per vos matex faen aquelles obligacions queus sera vigares quey donets recapte car qualsque obligacions vos en aquest cas façats nos Deu volent les quitarem eus en farem indempnes. Data en Valencia divenres a XXII del mes doctubre de ayn de nostre Senyor MCCCXLIII. A. vicecancellarius.

Dicta littera dirigebatur dicto inclito infanti Jacobo.

Lo Rey Darago.

Reebuda havem vostra letra ara novellament per la qual largament nos significavets los afers del loch Dilla

con eren esdevenguts et en qual manera aquells del dit loch seren retuts al noble En Jacme de Mallorcha et axi matex con lo dit noble entenia segons ques deya a venir per posar setge al loch de Canet et enteses totes les dites coses en totes les altres contengudes en la dita vostra lettra vos significam que nos segons que ja per altres lettres nostres vos havem fet saber havem scrit largament et donada forma per nostres letres al alt Infant En Jacme car frare et general procurador nostre que ell proveesca en los dits afers ço es quel dit En Jacme de Mallorca no haja leer ni avinença de posar setge a Canet o si posat ley haura quen puga esser remogut per socorriment dels cavallers e servents quey deuen passar. Et creem a la ora dara sia fet segons lardit que havem haut del dit Infant quins ha feyt saber que ja era ajustat perque entenem quey haura proveyt Deu volent en guisa que sera honor nostra. E vos et el loch de Canet e els altres lochs qui son a nostra ma en Rosseyllo seran guardats de esser dampnificats per lo dit noble ne les sues gents. Et nos entretant endreçar e espatxar açi nostres afers et puys quens en anem sens tot mija en Cathalunya per donar recapte si a Deu plau a aqueys afers et a altres. Quant es del desexirvos del dit noble tenim per be que si ell es vengut a Canet queus dejats desexir dell. En altra manera si noy es estat ne neguna violencia nous ha feyta que nous en desiscats si donchs no erets cert que degues venir contra nos. Dada en Valencia a XXII dies del mes doctubre del ayn de nostre Senyor Mil CCCXLIII. A. vicecancellarius.

Dicta littera fuit directa nobili Raimundo vicecomiti de Caneto.

Lo Rey Darago.

Diverses letres vostres havem reebudes per les quals largament nos significavets los afers del loch Dilla con son esdevenguts et en qual manera aquells del dit loch seren retuts al noble En Jacme de Mallorca el dampnatge quel dit noble vos ha donat faent contra la forma del sobreseyhiment entre nos et ell convengut. E axi matex con lo dit noble vos ha assetgat novellament lo castell de Corbera. On enteses les dites coses e totes les altres contengudes en les dites vostres letres de les quals coses havem haut gran desplaer. Vos significam que nos havem scrit largament et donada forma per nostres letres al alt Infant En Jacme frare et general procurador nostre que aquell proveescha en los dits afers ço es quel dit En Jacme de Mallorches no haja leer ni avinença de posar setge en nengun loch que sia a nostra ma dins Rossello et si posat loy haura quen puga esser remogut per securriment dels dits cavallers e servents quey deuen passar e creem que a la ora dara sia fet segons lardit que havem haut del dit Infant quens ha fet saber que ja era ajustat perque entenem quey haura proveit Deu volent en guisa que sera honor nostra. E vos et els altres lochs qui son a nostra ma en Rossello seran guardats de esser dampnificats per lo dit noble et les sues gents. Et nos

entretant entenem endreçar e espatxar açi nostres afers et puys quens en anem sens tot mija en Cathalanya per donar recapte si a Deu plau a aquestos afers et als altres. Data en Valencia a XXII dies del mes de octubre del ayn de nostre Senyor MCCCXLIII. A. vicecancellarius.

Dicta littera fuit missa nobili Petro de Fonolleto vicecomiti Insule.

—

Subsequenter quadam die intitulata duodecimo kalendas novembris anno proxime dicto idem dominus Rex Aragonum ordinavit mittere suum nuntium ad Illustrem Regem Francie significando sibi cum certis capitulis traditis Ferrario de Caneto militi et consiliario suo ad hec pro nuntio deputato crimina adversus ejus Regiam magestatem comissa per inclitum antedictum quorum capitulorum et cujusdam littere de conductu officialibus Regiis destinate series hic inserti mandato dicti domini Regis Aragonum sequntur per ordinem in hunc modum.

Memoria dels crims quel Rey qui fo de Mallorcha ha feyts et comeses contra lo Senyor Rey Darago estan son hom ligi et son vassall e tenen en feu lo Regne de Mallorcha en tot quant havia per lo dit Sen-

yor Rey et sotmes a la sua general jurisdiccio.

Primo contra les covinenças de la infeudacio renovades ab sagrament de feeltat et homenatge tres vegades feu correr altra moneda que barceloneses en les terres que havia dins Cathalunya situada.

Secundo feu battre moneda publicament contre les dites covinenças en contra dret comu e contra usatge de Barchinona en la vila de Perpenya dins Cathalunya situada.

Tertio feu moneda reyal dargent en la qual era la actoritat nom et magestat del dit Senyor Rey.

Per los dits tres crims feyts contra homenatge tres vegades per ell feyt roman lo dit En Jacme bare del dit Senyor Rey et per dret comu et usatge Barchinona ha perdut lo feu e tot quant ha et deu perdra la persona axi com a culpable de crim de lesa magestat.

Quarto citat e request que fermas de dret per los dits crims en poder del dit Senyor Rey segons que devia per les dites covinenças et per usatge contradigua fermar de dret per la qual contradictio per lo trancament de les dites covinenças feudals encorrech tres penes. La primera que fo et romas bare del dit Senyor Rey. La segona quel Senyor Rey per usatge et per custum sens altre proces poch encontinent pendre a sa ma et tenir en sa senyoria tots los feus segons

que feu la ciutat et Regne de Mallorcha. La terça que legudament per lo dit usatge lo Senyor Rey sens altre proces poch et pot fer mal et dan al dit En Jacme et a ses gents estan en rebellio et defenent lo dit En Jacme et encara a sos valedors majorment car los sotsmesos et homens del dit En Jacme de manament del dit En Jacme de Mallorcha primer feudatari avi del dit En Jacme feren sagrament et homenatge al Senyor En Jacme Darago avi del dit Senyor Rey et als seus que si lo dit Rey En Jacme antich o algun successor seu fahia en alguna cosa contra les covinenços de la dita infeudacio que aquells no fossen tenguts de defendre aquèll qui facs contra les dites covinenços ne obeyr a aquell ans en aquell cas foren absolts per lo dit Rey En Jacme de Mallorcha antich de tota Senyoria feeltat et homenatge perque a ell o als seus fossen obligats. La quarta pena quel dit En Jacme es tengut al dit Senyor Rey de tot dan que haja sostengut ne sostenga per la rebellio que feyta ha al dit Senyor Rey et tot aço diu espresament usatge.

Quinto deu perdre lo feu per ço con ab cartes publiques sens erubescencia ha negat aquell jassia que tres vegades nagues feyt homenatge ço es primeramente al Senyor Rey En Jacme avi et puys al Senyor Rey Namfos pare del dit Senyor Rey et en apres al dit Senyor Rey en sa novella Senyoria e lo dit Senyor Rey per si e per sos predecessors hagues posseyt lo dit feu pacificament per CIIII ayns o mes.

Sexto car lo dit En Jacme estant hom ligi et vassall del dit Senyor Rey per lo Regne de Mallorca e terras que havia dins lo seu Reyalme tracta quant en ell fo conspiracio et fellonia contra lo dit Senyor Rey ço es ab lo Rey de França que li hajudas contra lo dit Senyor Rey ques pogues alçar contra aquell et que hagues franch lo Regne de Mallorca e que tengues en feu les terres que ha dins Cathalunya per lo dit Rey de França et per ço deu perdre la persona et lo feu.

Septimo car lo dit En Jacme tracta et no romas per ell alligacions et confederacions contra lo dit Senyor Rey Senyor seu ab lo Rey de Castella ab la Senyora Reyna dona Elienor et ab sos fills qui son sots mesos del dit Senyor Rey ab lo comu de Pisa ab lo comu de Jenova ab lo Rey Robert ab lo Rey Andreu successor daquell. E aço que fo pus greu ab lo Rey de Marrochs infeel per les quals alligacions que no romangueren per ell mas per aquells ab qui les tractava deu perdre la persona et los bens.

Octavo car lo dit En Jacme per moltes injuries feites extorsions et inmoderades exaccions ha destroides e consumades les gents del dit feu e axi que quax tot quant havien en moble tot no ha haut et lo feu es pervengut a gran minue et destruccio en perjudici et injuria del dit Senyor Rey de qui eren principalment homens et vassalls et per ço matex deu perdre lo feu.

Nono car lo dit En Jacme estan hom ligi et vassall del dit Senyor Rey se combate ab ell en batalla campal en lo Regne de Mallorca a Peguera et aço fo traicio que nos pot esmenar et per aquesta sola deu perdre la persona et los bens.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum etc. Universis et singulis officialibus et subditis ac nobilibus et dilectis amicis et devotis nostris presidentibus officiis regnorum Francie et Navarre et aliis quibuscumque presentes litteras inspecturis. Salutem et dilectionem. Cum nos pro quibusdam negotiis nostris mittamus noviter ad Serenissimum principum Filipum Regem Francie illustrem consanguineum nostrum karissimum dilectum militem et consiliarium nostrum Ferrarium de Caneto majordomum curie nostre exhibitorum presentium litterarum. Ideirco vobis officialibus et subditis nostris dicimus et expresse mandamus vosque amicos et devotos nostros afectuose rogamus quatenus cum dictus consiliarius et majordomus noster ad terras et loca jurisdictionum sive districtuum vobis comissorum declinare contigerit ipsum honore nostri recipiatis honorifice tractetisque beningue ac eum cum familia equis equitaturis vassella et peccunia aurea vel argentea arnesis jocalibus et omnibus bonis ac rebus suis libere permittatis transire. Et tam eundo stando quam redeundo ab omni molestia impedimento ofensa violentia et injuria preservetis ac etiam defendatis nec permittatis ei vel ejus familie in personis vel bonis fie-

ri vel inferri injuriosum aliquod vel molestum sed ab omni gravamine faciatis esse quitium ac provideatis eis si placet cum et si fuerit opportunum de securo transitu et conductu. Nam istud regratiabimur vobis multum. Datum Valencie duodecimo kalendas novembris anno Domini Millesimo trecentesimo XL tertio. A. vicecancellarius.

Deinde prefatus dominus Rex Aragonum cui venerabilis et religiosus predictus frater Guillermus de Guimerano quem ipse dominus Rex ordinaverat ut prefertur in capitaneum castri jamdicti de Caneto scripserat significando statum dicti castri et propositum hominum habitantium in eodem scripsit ipsi fratri Guillermo cum sua littera. Et nichilominus alias providere volendo circa tuitionem dicti castri scripsit nobili Guillermo de Bellera et aliis nobilibus et militibus inferius designatis per suas litteras spetiales quarum tenores hic inserti mandato dicti domini Regis sequntur in hunc modum per ordinem.

Lo Rey Darago.

Vostra letra habem reebuda ara novellament per tenor de la qual havem entes con los homens de. . . . . stan be ferms en ves nos ne consenten a neguns assaygs o sobornaments quel noble En Jacme de Mallorca los haja assajades de fer. E totes les altres coses havem enteses quen la dita letra se contenien havem encara reebudes daltres letres vostres abans de-

questa que bara havets tramesa a les quals o alguna daquelles vos havem respost per nostres letres jatsia que vos en la darrera vostra letra vos façats maravellat con de nos no havets hauda resposta. E axi matex sobre aço que vos et els altres nos fets saber dels afers de Rosseylo et de la pocha fe quel dit noble nos ha servada vinent contra les covinenços del sobreseyment havem scrit tota vegada et donada certa forma al dit alt infant En Jacme car frare et general procurador nostre qui es a Barchinona e al qual remetrem queus faes resposta de part nostra. Significam vos que nos ara novellament li havem scrit per nostres letres fort espresses que en tot cas ell acorrega et trameta bon secos axi de cavallers con de servents al loch de Canet en guisa que si el dit noble hi possava o jay havia possat setge que esforçadament e victoriosa ne sia remogut per secorriment dels dits nostres cavallers et servents et de les nostres galees les quals axi matex manam que sien trameses et estien continuament en aquexes mars. Perque us pregam afectuosament et curosa que vos axi con be confiam de la vostra bonea et feeltat estiats ab bon cor et ab ferm e baronil contra lo dit noble et tots altres enamichs car siats certs que a tan breus dies vos haurets tal et tan bon secors domens a cavall e de peu que vos el dit loch de Canet serets ben defenents e sens tot perill Deu volent ne ja lo dit noble no haura leer de fer vos dan ne enuig. E part aço farem ara mantinent et puys continuament tenir de ves aquexes parts tan bona frontera domens a cavall et de peu que vos et el dit

loch roman . . . . . estarets si a Deu plau sens tot perill. Data en Valencia lo segon dia del mes de novembre del any de nostre Senyor MCCCXLIII. A. vicecancellarius.

Cujus littere suprascripsio erat talis.

Al religios et amat nostre frare G. de Guimera capita de Canet.

De nos En P. per la gracia de Deu Rey Darago etc. Al noble et amat nostre en G. de Bellera. Salutem etc. Con lo noble En Jacme de Mallorca contra forma de sobreseyment per nos graciosament atorgat a reverencia del Papa haja tolt al noble en P. de Fonollet lo loch Dilla et los castells de Bulla et de Corbera et se appareyl de venir sobre lo loch de Canet et prena en los camis de Bellaguarda et a Copliure per mar et per terra robes e bens de nostres sotsmeses no guardan la promessa del sobreseyment demundit. E per aquesta raho nos hajam ordonat de tenir en la frontera del dit noble En Jacme de Mallorches CC homens a cavall et alguna companya de peu e entrels altres entenam que vos nos dejats servir ab X homens a cavall per ço vos pregam curosament que vullats esser a la dita frontera en aquella partida que lalt infant En Jacme frare e general procurador nostre volra ab los X homens a cavall desus dits bons et be appareylats segons ques pertany. E nos havem ordonat de fer quitar cascu mes adenantar la dita companya per En Nicho-

lau Sammars loch tinent de Tresorer nostre en Barchinona qui encontinent sens falla ho complira. E en aço nos farets servey assenyalat et grahir vos ho em molt. Dada en Valencia a II dies del mes de noembre anno Domini MCCCXL tertio. A. vicecancellarius.

Consimiles littere de verbo ad verbum fuerunt destinate nobilibus et militibus infrascriptis videlicet.

Al noble En Poncet de Cabrera quey vulla esser oy trameta a cavall homens . . . . . X.
Item en R. vescomte de Canet . . . . . X.
Item en Francesch Cervia. . . . . X.
Item en Ponç de Sancta Pau. . . . . X.
Item en R. de Bella . . . . . X.
Item en G. Galceran de Rochaberti. . . . V.
Item en Galceran de Pinos. . . . . X.
Item en P. de Melan. . . . . X.
Item en R. Totzo. . . . . V.
Item en Riambau de Corbera . . . . . X.
Item en Ramon de Copons. . . . . X.
Item en Bernat de Vilademany . . . . . X.
Item en Ponç et en Ramon des Castlar. . . X.
Item Nombert de Montayans . . . . . V.
Item en Galceran de Togores. . . . . V.

—

Postmodum quadam die intitulata nonas novembris anno predicto cum ad ipsius domini Regis audientiam pervenisset quod inclitus Jacobus de Majoricis conabatur pro posse cum domino Papa et Romane curie cardinalibus subvertere jura ipsius domini Regis supplicando ipsis domino Pape et cardinalibus quod ejus sanctitas terminaret et declararet se posse intromittere ratione peccati de exequtione jam dicta idem dominus Rex qui juste ipsam exequtionem facere intendebat volens pro conservatione juris sui et pro vitandis futuris periculis super predictis omnibus providere scripsit dicto domino Pape et collegio cardinalium ac episcopo Sabinensi cum litteris suis quarum tenores infra in presenti processu inserti mandato dicti domini Regis sequuntur per ordinem in hunc modum.

Sanctissimo ac beatissimo in Christo patri et domino domino Clementi divina providentia sacrosancte Romane ac universalis ecclesie Summo Pontifici. Petrus Dei gratia Rex Aragonum etc. ejus humilis filius et devotus pedum oscula beatorum. Cum inter ceteros catholicos reges et principes quorum gesta magnifica tam fama laudabile quam fidelis antiquitas clari continuatione preconi titulis comendandis intitulat illustres progenitores nostri ad Deum et ecclesias rectitu-

dine fidei devotionis integritate ferventes multa et ardua servitia in factis propriis et alias pro exaltatione ipsius catholice fidei ecclesie Romane sacrosancte prestiterunt. Et nos qui post ipsos Deo volente regnamus non intendamus illorum laudanda vestigia non utique deseranda relinquere set in premissis et aliis favente Domino illis potius immitari multa pater sanctissime mentis amaritudine concitamur quod nos qui pro regno Sardinie et Corsice sumus ejusdem vassallus ecclesie cui serenissimus dominus genitor noster clare memorie Regnum ipsum non absque nimia efusione sanguinis et expensarum profluviis adquisivit in processu nostro vicissimo exequtionis videlicet quam incepimus contra inclitum Jacobum de Majoricis de quo tam per relationem veridicam nuntiorum nostrorum quam per claram informationem scitanti vestre inscriptis traditam potuit ipsa plenissime informari nullam potuimus apud eandem ecclesiam favorabilem assistentiam invenire. Et dictus inclitus Jacobus qui tot nefanda crimina et scelera detestanda contra vos nostrumque regale dominium dampnatis ausibus et relaxatis habenis nescitur perpetrasse sic et tantum reperiat in curia Romana favorem quod ad turbandum et enervandum processus executionis premisse nedum ab eadem ecclesia cardinales et alios in nuntios et legatos pro libito jugiter obtinet et extorquet. Sed in pluribus aliis per que possit intervertere jura nostra quorundam cardinalium qui ore propio sine causa nobis in executione hujusmodi sunt infesti et in sua rebellionis obstinata protervia illi favent fulciter auxiliis et con-

siliis adiuvatur. Quiquidem inclitus Jacobus cum fastus non fuerit in sua iniquitate remissior sed in comittendo cotidie prioribus deteriora ferventior promissa per eum reverendo cardinali Rutinensi scitantis vestre legato non erubuit violare nec veretur ut fida nunc relatione didicimus sed inmititur et intendit favere sibi faventium obtinere quod sanctitas vestra cum sacro collegio cardinalium terminet et declaret se ratione pretacti intromittere posse de exequtione predicta quam ex causis rationabilibus atque justis per usaticos Barchinone antiquas consuetudines Cathalonie et jura municipalia patrie quibus subest incepimus contra eum et continuare ac perficere intendimus tanquam contra vassallum et feudatarium nostrum nobisque rebellem quousque terre feudales quas adhuc possidet in Cathalonia quarumque nostrum directum dominium temere denegavit eidem nostro dominio pleno jure ut convenit integrentur. Sane Pater Sanctissime cum dictus inclitus Jacobus de Majoricis qui et ejus predecessores vigore et sub vinculo usaticorum consuetudinum et jurium municipalium predictorum que in partibus illis et in Romana curia ignotantur possederint regnum Majorice et terras feudales predictas sub directo et superiori progenitorum nostrorum dominio atque nostro. Et sanctitas vestra salva in omnibus ejus reverentia et honore de feudo nostro temporali ac processu vassallorum nostrorum secularium intromittere se non debeat quod si fieret quantum nos et jurisdictionem nostram temporalem ofenderet omnium jura Regum et Principum lederet omniumque scandaliza-

ret regimina et comotionem ac turbationem vehementem ingereret et ad indevotionem nimiam provocaret quod nos et illi non possemus sub dissimulatione transire beatitudo vestra satis potest propendere premissis omnibus introductis in examinem rationis. Quocirca sanctitati vestre humiliter suplicamus et filiali fiducia petimus quatenus ad instantiam dicti incliti Jacobi qui exquisitis coloribus et figmentis sub dolisque suggestationibus satagit in premissis scuritatem vestram involvere ut debitam possit ultionem evadere aut aliorum ei foventium nolit se vestra sanctitas intromittere sed a tanta lesionis injuria nobis et ceteris mundi principibus inferenda ex quibus periculosa orirentur discrimina dignetur et placeat abstinere. Almam personam vestram conservet Altissimus suo sancto servitio per tempora longuiora. Data Valencie nonas novembris anno Domini Millesimo trecentesimo XL tertio. A. vicecancellarius.

Reverendis in Christo patribus dominis sacrosancte Romane ecclesie collegio cardinalium spetialibus amicis nostris. Petrus Dei gratia Rex Aragonum etc. Salutem et honoris incrementa. Cum inter ceteros catholicos Reges et Principes quorum gesta magnifica tam firma laudabilis quam fidelis antiquitas clari continuatione preconii titulis comendandis intitulant illustres progenitores nostri ad Deum et ecclesias rectitudine fidei et devotionis integritate ferventes magna et ardua servitia et in factis propriis et alias pro exaltatione ipsius catholice fidei ecclesie Romane sacrosancte pres-

Reverendo in Christo patri Johanni divina providentia Portuensi episcopo amico spetiali nostro Petrus Dei gratia Rex Aragonum etc. Salutem pariter et honorem. Noveritis nos scribere domino Summo Pontifici post solite reverentie titulum in hec verba. Quia cuncta pie pater acta per nos circa processus contra nobilem Jacobum de Majoricis et inserto toto tenore littere supra inserte proxime usque ad clausulam Almam personam etc. Quocirca precordialem et paternitatem amicicium

vestram precamur intimis affectibus et ex corde quatenus faciatis ut ipsa transumpta quarum vobis copiam per hujus latorem mitimus per dictum dominum Summum Pontificem et per vos sollicite videantur. Datum Barchinone decimo kalendas aprilis anno Domini Millesimo trecentesimo quadragesimo tertio. A. vicecancellarius.

Et sub consimilibus verbis scripsit cardinalibus infrascriptis videlicet.

Petro divina providentia tituli Sancte Praxedis presbitero cardinali.

Bernardo divina providentia tituli Sancti Ciriaci in termis presbitero cardinali.

Item Michaeli de Richomanno canonico valentino et domini Pape capellano.

Bonifacio Ferrarii legum doctori procuratori regio in Romana Curia.

Nichilominus etiam prefatus dominus Rex quia super responsione per eum fienda ipsi domino Pape ad contenta in proxime dicta carta papali plenius deliberare decrevit propter quod et quia occupatus negotiis executionis jam dicte vacare contiuue non poterat ut erat expediens super eis opportuit eundem archiepiscopum in partibus Cathalonie per tempus aliquos ultra sicut dicebat sui prepositum remanere deliberato ad plenum circa responsionem jamdictam ipsam responsionem ordinari fecit et tradi archiepiscopo antedicto

prout in quadam infrascripta littera directa Bonifacio Ferrarii legum doctori latius continetur. Tenore autem littere responsionis pretacte ipsi domino Pape directe sequitur in hunc modum.

Sanctissimo ac beatissimo in Christo patri et domino domino Clementi divina providentia sacrosancte romane et universalis ecclesie Summo Pontifici. Petrus Dei gratia Rex Aragonum etc. ejus humilis filius et devota pedum oscula beatorum filiali devotione vestre clementie literas per venerabilem Armandum Arquensem archiepiscopum noviter nobis missas reverenter accepimus quarum in effectu series continebat. Quod cum sanctitas vestra paternis obtaret affectibus nos ac regiam domum nostram pacis salutis et honoris comodis habundare et ad hec reformationem unitatis et concordie mutue inter nos et inclitum Jacobum de Majoricis opportunam immo necessariam multipliciter extimaret ad ipsam concordiam per nuntios solemnes et litteras sepius ad nos missas vestra nos duxerat sanctitas exhortandos sed licet hostis humanis generis pacis emuli nequicia prevalente nondum super hoc esset nostris affectibus satisfactum adhuc tamen circa cepta de que radix caritatis unquam predeuncia tanto ferventius beatitudo vestra providerat insistendum quanto sincerius et affectuosius nostri dictique incliti Jacobi de Majoricis spiritualia et temporalia comodo zelabatur. Quare nos vestra sanctitas hortabatur ut que sepe super hiis nobis scripserat matura et diligenti consideratione intra pectoris nostri claustra sollicite revol-

ventes et etiam attendentes quanto ipsa concordia Deo et subditis utriusque placida comoda ministret nos ad ipsam concordiam animum inclinare. Et ut per vias nobis honorabiles et alias opportunas et justas quiescentibus guerrarum discriminibus super hiis posset tractari liberius et utilius ac treugas inter nos et dictum inclitum Jacobum de Majoricis ac utriusque valitores et subditos in eundas vel in dicendas usque ad instans festum beati Michaelis Archangeli duraturas consensum favorabilem et beningnum impendere deberemus quibus et aliis contentis in dicta littera et in cedula nostra propria manu scripta diligenti sollicitudine revolutis vehementer cogimur admirari quia sanctitas vestra ad iniendum treugas cum dicto Jacobo de Majoricis nos induxit. Nam cum nos cum illo guerram aliquam non habuerimus nec etiam habeamus sed propter orrendos excessus culpas innumeras et scelera detestanda per eum in regiam magestatem totamque rem publicam nostram prout nobis pater sanctissime per literas nostras et nuntios vestros sepe significavimus et est orbi notorium comissa multipliciter et adaucta nos juxta usaticos Barchinone antiquas consuetudines Cathalonie et jura patrie quibus subest et sub quibus que possidebat et possidet et per progenitores nostros antecessoribus suis concessa fuerunt in feudum nunc quod nobis legittime acquisita contra ipsum et terras suas rite atque legittime procedamus treuga que guerre subponitur et inter guerrifficantes tantum initur in executione justicie quam pro re seculari et ut dominus temporalis juste facimus contra eum

tamquam subditum nostrum ac intra Principatum nostrum Cathalonie residentem ibique domum suam foventem. Salva in omnibus vestre reverentie sanctitas non vendicat sibi locum. Preterea verbum illud contentum in vestra littera ubi loquitur de treugis inter nos et dictum Jucobum de Majoricis indicendis alciorem vobis turbationis materiam ministrasset si se vestre sanctitatis proposito applicaret quod in tali casu ubi tamen executio justitie vertitur indicendi treugas inter nos et ipsum subditum nostrum sibi assumerent potestatem sed quia induci non debet discerneamus ad credendum quod fidei constantia et obedientie promtitudo ac clara sinceritatis et puritatis opera pro fide catholica et augmento sedis apostolice per progenitores nostros erga romanam ecclesiam habita et impensa in ejusdem ecclesie memoria deleantur quod debeat suadente justicia execrari abominabiles actus ejusdem incliti Jacobi quod jugiter contra nos per nepharios excessus aucmentat noster pater sanctissime in spe fertili dicte sedis animis requievit in eo videlicet quod ad indicendum inter nos et dictum Jacobum da Majoricis dictas treugas nullo modo procedere debeatis nam prout alias sanctitati vestre scripsisse meminimus cum vestra clementia salva in omnibus ejus reverentia et honore de questione mere temporali aut processu subditorum nostrorum tntromittere se non debeat cum hec nedum nostra sed omnium regum et principum mundi jura regalia lederet omniumque scandalizaret regiam dicionem minueret et ad turbationem comotionem et scandalum maximum provoca-

ret talia nullatenus pateremur potissime cum nos vel reges Yspanie nullum post Deum superiorem in temporalibus agnoscamus. Ceterum pater sanctissime cum dictus inclitus Jacobus de Majoricis quasi humana pietate se posita omnique humanitatis federe dissoluto sic in subditos et fideles nostros comitatum Rossilionis et Ceritanie quos nunc tenet oppressos haustera nimis credulitatis deseviat ut quadam fraternali sevitia nonnullos trucidet quosdam scalore carcerum maceret alios vinculis ferreis torqueat ceteros exulare compellat et non percetis generi sexui vel etati universos bonis suis spoliet et ad extremam exinanitionem deducat in nostri et reipublice dispendium et deteriorationem terrarum ipsarum omnium exterminium et excidium singulorum. Quis pater sanctissime ubi saxeum pectus habens vel adamantis durissimi corda gerens a Deo posset incallere duricie quam pro tantis oppressionibus et afflictionibus relevandis non emolliret pie considerationis affectus pius non attendatur ad iram quis non animetur contra tam impium hominem ad actum debite ulcionis. Certe pater sanctissime firmiter credimus quod dum talibus subvenimus gratiam obsequium Altissimo immolamus. Igitur cum illi qui de dictis terris et comitatibus poterunt et possunt evadere a facie sevientes presentiam nostram adierint et jugiter adeant ad auxilium nostrum recurrant nosque singulare refugium in tante necessitatis articulo recognoscant auxilium nostri subsidii jugiter implorantes. Nos pater sanctissime juste debito exigente previo ut premittitur justo processu ad eripiendum oppressos

a tanta calumpnia servitutis tantoque jugo tirannice potestatis nunc vernali tempore quo solent reges ad bella procedere sub magnis erarii nostri stipendiis convocavimus barones milites equites et alios subditos nostros in numero copioso ac fieri facimus non absque inmensis profluviis expensarum congruum navigii apparatum cum quibus illius atrocem proterviam actore domino qui justitiam nostram prosequitur conteramus ac dictos fideles nostros qui sub spe auxilii et subventionis nostre respirant de tante tribulationis augustiis tanteque calamitatis incendiis eruamus propter quod pater sanctissime si nos tot offensis actibus et orrendis injuriis per dictum inclitum Jacobum de Majoricis lacessiti tot sumptuum oneribus gravati ob lesionem tocius reipublice nostre et in oppresione dictorum fidelium tanti dolore cordis intrinsecus votis vestris et exortationibus cum hoc absque inmenso et irreparabili detrimento facere non possemus ad presens annuere vel perere nequimus. Quesumus et humiliter supplicamus ut nos habeat beatitudo vestra venerabiliter excusatos. Almam personam vestram Altissimus conservet suo sancto servitio per tempora longuiora. Datum Barchinona octavo kalendas madii anno Domini Millesimo trecentesimo XL quarto. A. vicecancellarius.

Et nichilominus fuerunt ex parte ipsius domini Regis Aragonum dicto nuntio quedam in scriptis tradite rationes respondentes contentis in capitulis eidem domino Regi ex parte ipsius nuncii traditis ut prefertur quarum siquidem rationum tenor hic insertus man-

dato prefati domini Regis sequitur in hac forma.

Quoniam pacti exemplum inseri et seriem facti ex quo jus oritur prestiti expedit antequam ad proposita responsum congruum et debitum subsequatur nec sic ante querenda juris ratio quam persone. Ideo in responsione fienda reverendo in Christo patri domino Armando divina providentia Arquensi archiepiscopo et sanctissimi domini Pape nuntio pro subscriptis ad illustrissimum dominum Regem Aragonum destinate et capitulis ipsi domino Regi per eum oblatis pro responsionis ipsius evidentia permittenda sunt undecim gravissima que inclitus Jacobus de Majoricis comisit contra serenissimum dominum Regem Aragonum et ejus rempublicam que quidem nulla possunt tergiversatione celari.

Primo namque idem Jacobus de Majoricis existens dicti domini Regis Aragonum homo ligius et vassallus pro regno Majorice et Insulis ei adjacentibus et comitatibus Rossilionis et Ceritanie terris Confluentis et Vallispirii et Cauquiliberi et aliis terris que possidebat ubique excepta villa Montispesulani et pro quibus ter sollempniter dicto domino Regi et suis predecessoribus sacramentum fidelitatis et homagium ligium fecerat coram gentium multitudine copiosa contra conventiones feudales dictis sacramentis et homagiis roboratis nec minus contra usatices Barchinone que sunt jura patrie quibus suberat atque subest et etiam contra jura comunia cudit et cudi publice fecit

monetam auri et argenti in villa Perpiniani que de dicto feudo est et intra generalem jurisdictionem ejusdem domini Regis Aragonum et Principatum suum Cathalonię constituta.

Secundo quare dictus Jacobus citatus per eundem dominum Regem legittime sollempniter et peremptorie super crimine dicte monete primo contumaciter. Et postea personaliter requisitus in civitate Barchinone evidentiori contumacia firmam juris ad quam per dictas conventiones feudales et per prefatos usaticos tenebatur contempnibiliter denegavit nec lecta pena sevissima prodita per dictos usaticos ipso facto contra feudatarios firmam juris postulatam per dominum feudi differentes etiam per momentum vel aliqualiter denegantes.

Tertio quia idem Jacobus rebellionem et inobedientiam multiplicans animo indurato quesitis quibusdam coloribus et figmentis ut finis eorum postea declaravit dictum feudum a prefato domino Rege qui ipsum per se et predecessores suos quinquaginta quatuor annis pacifice possederat obstinaciter denegavit nitens quantum in eo fuit presumptione dampnabili possessione dicti feudi sine causa cognitione et sine juditio inclitam domum Aragonum expoliare et circa deffectum denegationis predicte multas literas scripturas sigilla et instrumenta falsa sine erubescentia fabricavit.

Quarto quia cum idem dominus Rex Aragonum ob

reverenciam Sedis Apostolice et preces vigentes dicti reverendi Armandi jam tunc per eandem sedem pro inienda concordia similiter ad dictum dominum Regem missi dictum inclitum Jacobum guidavisset qui se presentiam ejusdem domini Regis asseruit aditurum et ei dedisset spetiales litteras de conductu nec non processus justi jam tunc cepti prorogationem liberaliter concessisset et ipse Jacobus pretextis dicti guidatici Barchinonam venisset et per eundem dominum Regem receptus fuisset honorifice et clementer incepto tractatu concordie contra honestatem proprio pugnans arbitrio et persuasionis et salutaris monitus dicti domini Armandi qui salutem zelabatur ipsius obnuditus et contempnens oblata sibi cum modica satisfactione clementie obtenturas more aspidis aures suas concordie predicte noluit consentire nec firmare de jure ut notorie tenebatur sed elacionis et superbie assumens spatium durante adhuc guidatico quod semel fuerat prorogatum subito recedens a civitate Barchinone antequam idem dominus Rex executionem dicti processus incepisset vel ei aut gentibus suis vel eorum bonis dampnum aliquod intulisset absque diffidamento aliquo mercatores et subditos domini Regis predicti in mari et in terris feudalibus antefatis in quibus sub fide et securitate ejusdem Jacobi degebant cepit et carceri mancipavit et bona rapuit eorundem et extunc deteriora continuans predas invasiones insultus neces expugnationes et vulnera dicti domini Regis terris et subditis irrogavit que quantum a juditio rationis derivent patet cuilibet intuenti.

Quinto quia dictus Jacobus existens ut prefertur homo ligius et vassallus dicti domini Regis Aragonum libertate et securitate gaudens guidatici supradicti celestem iniens faccionem seu conspirationem et insidians vice domini Regis Aragonum principis et domini sui in litore maris juxta monasterium fratruum minorum Barchinone in quo hospitabatur fecit fieri et construi unum pontem fusteum qui protendebatur a dicta mari usque ad quoddam terratum contiguum cuidam camere in qua ipse Jacobus jacebat et consilium secretum tenebat. Per quemquidem pontem ex utroque latere postibus comunitum pendebat secretus aditus ad galeas dicti incliti Jacobi in quibus ad civitatem Barchinone venerat supradictam. Tractavitque cum duodecim personis de consilio et domo ejusdem ei adherentibus in conspiratione jam dicta diversis diebus et horis ac tractari fecit quod antefatus dominus Rex Aragonum et incliti domini infantes Jacobus frater et Petrus patruus ejus ratione comunis visitationis vel solatii sicut ante dictam rebellionem et aliis temporibus pluries fuit factum venirent ad monasterium supradictum quodque idem Jacobus fingendo quod secrete vellet loqui cum eis vocaret ipsos ad cameram supradictam et missis in quadam alia camera modica contigua camere premisse dictis duodecim personis munitis caperet dictum dominum Regem et inclitos infantes et eosdem captos per dictum pontem duceret et in galeas jamdictas inmitteret violenter ipsosque duceret ad castrum de Olorone in regno Majorice et

quod ibi tenerentur capti tantum et tamdiu donec idem dominus Rex Aragonum eidem Jacobo feudum dominium et superioritatem predicta per omnia diffinisset et pacta ac obligationes quaslibet in infeudatione adhibitas dissolvisset et ultra hec tantam partem in Cathalonia habuisset quod idem dominus Rex vel sui non possent ubi vellent contra eum aliqualiter prevalere nec absolutionem et remissionem predictas aliquo remedio impugnare et in dicto nephandissimo tractatu fuit actum et deliberatum per dictum Jacobum cum complicibus suis predictis quod si dominus Rex Aragonum et infantes predicti et Regina tunc Majorice dicti Jacobi consors clamarent vel auxilium postularent aut captioni eductioni predictis verbo vel facto aut alias quomodolibet impedimentum prestaret statim interficerentur omnes. Ipsique interfectores se per pontem predictum ponerentur in galeis et fugerent cum eisdem dixit etiam dictus Jacobus in eodem tractatu quod si sanguinem totum dicti domini Regis bibisset adhuc de offensa quam sibi factam fuisse dicebat eo quia citatus fuerat per eundem vindictam plenariam non haberet. Sed quia idem dominus Rex ad dictum monasterium accedere noluit nutu divini spiraminis ut probabiliter creditur qui servat et dirigit Reges justicie zelatores idem Jacobus preconceptum facinus non potuit licet conatus fuerit consumare.

Sexto quia idem Jacobus post predicta misit ad Sedem apostolicam sollempnes nuntios et per importunitatem obtinuit ad dictum dominum Regem miti re-

verendum in Christo patrem bone memorie dominum Andream Sancte Romane ecclesie cardinalem cum quo putabat sua negotia tolerare et dicto domino cardinali ad dictum dominum Regem venientem et jam in civitate Narbone vel ejus territorio existente jam dictus Jacobus dicto domino Summo Pontifici non defferens nec ejus nuntio sollempni et de latere destinato nec legatum per eundem ut premittitur impetrate cum equitibus et peditibus exercitibus congregatis insultum et insidias preparatis intravit terram dicti domini Regis et fecit talas incendia posuit homines ejusdem credentes propter adventum proximum dicti domini cardinalis securitatem habere vulneravit et aliquos interfecit quod incontemptum non modicum et dedecus dicti domini Summi Pontificis cernitur factum esse.

Septimo quia dictus inclitus Jacobus extans homo ligius et vassallus dicti domini Regis Aragonum antequam comtemptu sue rebéllionis palam detegisset tractavit quod cum auxilio aliquorum potentum perderet dictus dominus Rex superioritatem dominium et feudum comitatus Rossilionis et Ceritanie et terrarum eis adjacentium et ipsos teneret in feudum ab aliquo quem superiorem recognosceret cum cujus auxilio et valença posset de facto dominium et feudum regni Majorice intervertere et franchum et liberum possidere ut ipse idem Jacobus confessus fuit in presentia domini Regis.

Octavo quia idem inclitus Jacobus homo ligius et

vassallus qui supra ambitione improba et libertatis illicitto apetitu satagens per fas vel nephas obtinere sue contemptionis intentum illustres Reges Francie Castelle et Cicilie et dominam Elianorem relictam serenissimi domini Regis Alfonsi memorie recolende ac natos ejus fratres et subditos dicti domini Regis nec non Comune Pisarum et pene omnes comunitates urbium maritimarum Ytalie suis legationibus et nuntiis ordinatis temptavit super iniendis contra dictum dominum Regem federibus et alligantiis pactionibus seu conventionibus ac eosdem et eorum quemlibet per suos nuntios spetiales variis tractatibus fatigavit. Qui tanquam innata fidelitate et veritace preclari renuerunt hujusmodi factionibus perniciosis exemplo et dampnatis tractatibus adherere ipse tamen Jacobus videns se prenominatorum auxilio destitutum elata obstinatione ac obstinata elatione lapsus in desesperationis caliginem cum infideli et blasfemo Rege Garporum fidei catholice inimico contra eundem dominum Regem et regna sua pactiones et federa inire tractavit suis illis bis sollempnibus nuntiis destinatis quod nunquam inter fideles Christi reperitur auditum. Sed nec idem Garporum Rex admittere voluit tam nepharias et destabiles factiones. Presumens forte quod qui contra principem catholicum dominum suum talia procurabat sibi federa aliqua non servaret.

Nono quia cum idem dominus Rex Aragonum pro executione dicti processus ad portum Pagarie Regni Majorice cum suo armato navigio et felici stoleo

apulisset dictus Jacobus existens ut sepedictum est homo ligius et vassallus dicti domini Regis non eribuit cum exercitibus equitum et peditum dicti regni erecto vexillo et agminibus ordinatis dicti domini Regis Aragonum conspectui in campo belligero paratus ad pugnam personaliter apparere ejusque circa maris litora signa victriccia et exercitus non sine nota sevissima debellare quod in toto mundo et potissime in Yspania orribile et nephandissime reputatur ipsius minime Jacobi certamine et resistentia non obstante cum magno conflictu classis regia affixa fuit in littore dicti Portus et confluentibus in terram stolii regii bellatoribus strennuis unanimiter impotenter dictus Jacobus cum Dei auxilio qui fovet justitiam fugiens cessit bello votaque sua illa die cogitatis successibus corruerunt.

Decimo quia idem dominus Rex existens in partibus Rossilionis cum exercitibus pro executione predicta continuanda et effectum debitum producenda et reverentiam Sedis Apostolice et honorem reverendi in Christo patris domini Bernardi divina providentia Sancte matris ecclesie Cardinalis quem idem Jacobus obtinuerat in legatum seu nuntium captis jam virtute dicte executionis vicecomitatu de Caneto et aliquibus aliis locis concessit graciose quod supersederet ab inferendo dampnum in terris quas de facto idem Jacobus possidebat usque ad primam diem mensis madii proxime nunc instante si tamen idem inclitus Jacobus dampnum vel malum non inferret dicto vicecomitatui

de Caneto vicecomitatui de Insula et aliis locis personis et etiam bonis in dicta supersessione spetialiter nominatis. Et hoc promisit idem Jacobus dicto domino cardinali. Post recessum autem dicti domini Regis cum exercitibus suis a Rossiliione ipse Jacobus ymaginariis fictionibus exquisitis transgrediens promissionem factam dicto damino cardinali expugnavit et cepit vicecomitatum de Insula et intulit dampna quamplurima personis in dicta supersessione nominatis et bona ipsorum omnia per violentiam occupavit.

Undecimo quia dictus inclitus Jacobus incolis dicti Regni Majorice comitatuum et terrarum predictarum feudalium innumerabiles afflicciones intulit. Non enim erat contentus ipsos indebitorum exaccionum et collectarum gravare honeribus sed subtiles vias et occasiones conabatur justis coloribus invenire per quas ipsos reos faceret et ab ipsis tanquam a barbaris aurum subtiler extorqueret et demum regnum comitatus et terras predictas et habitatores ejusdem ad tantam exinanitionem servitutemque redigerat ut sub servili quasi conditione eos vivere compellebat et novissime miseros et afflictos incolas comitatus Rossilionis et Ceritanie et terrarum eis adjacentium quos adhuc de facto possidet tirannica sevitia tractavit et tractat aliquos innocentes et sine macula crudeliter occidendo et alios carceri mancipando et nonnullos in exilium dando ac omnibus bonaque cum magnibus laboribus quesiverunt sine clementia auferendo ita quod eis penitus nichil habentibus et omnibus probis inde fere ejectis

et aliis per fuge remedium absentibus terra dicti feudi dissipacioni et destructioni exposita quasi deserta remanet desolata. Que quidem in offensam divine magestatis et injuriam ac perjudicium evidens dicti domini Regis Aragonum cujus predicti calamitosi et miseri sunt principaliter homines et vassalli cedere dinoscuntur.

Animadvertentes igitur dominus Rex quod predictas enormes injurias et atroces offensas sibi et toti reipublice nec minus habitatoribus dictorum locorum feudalium per dictum inclitum Jacobum irrogatas sine peccato et divine majestatis offensa non debebat nec poterat amplius tollerare vel sub covinentia preterire pro conservatione et reintegratione juris sui et reipublice et ut populos miseros dicti feudi quorum lacrime apud Deum jam meruerant exaudiri a captivitate perpetuo mediante justicia liberaret justo processu et legittimo preheunti regnum Majorice et Insulas sibi adjacentes cum Dei auxilio qui justiciam diligit atque fovet realiter aprehendit et in suo dominio tenuit atque tenet auctoritate et dispositione usaticorum Barchinone et consuetudines Cathalonie generales quibus suberat et subest inclitus Jacobus supradictus. Et nichilominns in et post contumaciam dicti Jacobi premissa inquisitione ex mero officio super crimine dicte monete sicut per jura patrie solet fieri atque potest annotavit sollempniter observato ordine jurium patrie supradicte civitatem et regnum Majorice et ejus loca et insulas eidem etiam adjacentes nec non comitatus

Rossilionis et Ceritanie terras Confluentis Vallispiri Cauquiliberi et loca earum universa ac omnia alia bona que idem inclitus Jacobus inter limites regnorum et principatuum domini Regis Aragonum predicti quomodolibet possidebat ut in processibus inde factis in contumatiam dicti Jacobi predicta latius continentur. Cujusquidem annotationis obtentu a tempore publicationis cujus noscitur annus lapsus regnum Majorice Insule comitatus terre loca et bona alia supradicta tam feudalia quam alia que idem Jacobus intra feudum ipsum per alodium possidebat confecta per annotationem premissam eorumque dominia sunt ipsi domino Regi Aragonum legittime adquisita nec super dictis bonis juxta dictos usaticos et consuetudinem Cathalonie et etiam jura comunia est idem Jacobus audiendus.

Hiis igitur per evidentiam peroratis et specibus dictorum criminum declaratis satis potest perpendere ac discernere prudentia et sapientia dicti domini Armandi docti in divinis legibus et humanis quod contenta in capitulis per eum oblatis per viam concordie seu tractatus non satisfaciunt domino Regi nec juri suo et reipublice et minus gentibus dicti feudi. Quodque idem dominus Rex sine peccato et Dei offensa et reipublice injuria ac perjuditio evidenti non posset executionem premissam obmittere vel defferre nec etiam dicto Jacobo tot et tantis reatibus et enormitatibus involuto dictas injurias et offensas remittere forte etiam

evangelicam veritatem presertim quatenus per remissionem ipsam jus reipublice lederetur.

Licet autem ad tenores dictorum capitulorum per premissa omnia et potissime per supra proxima pateat responsio generalis. Verumtamen quia que notabiliter proponuntar nisi spetialiter nocentur videntur neclecta. Predictus dominus Rex volens spetiales responsiones facere capitulis memoratis respondet conclusionibus ipsorum et exordio eorundem quod misericordiam et clementiam comemorat in qua solum fundari videntur capitula memorata. Dicens quod atentis facinoribus superius declaratis et injuriis atrocissimis et offensis ac perjudiciis evidentissimis que idem inclitus Jacobus de Majoricis contra regiam magestatem et rem publicam regnorum suorum comisit nec minus severitatibus et crudelitatibus destructionibus et extorsionibus quibus dictum Regem Majorice et alias terras feudales predictas et incolas earundem tirannice noscitur affixisse non potest sine peccato et periculo anime nec debet in perjuditium reipublice et incolarum predictarum justiciam omittere nec pretextu misericordie concedere que petuntur rationibus infrascriptis.

Primo quia dicti domini Regis offensa redundat in Deum cujus vindictam debet ulcisci qui enim principi vel potestati resistit Dei ordinationi resistit ut dicit apostolus. Redundat etiam in dampnum populi et offensam sine cujus consensu non debet misereri etiam si velit redundat insuper in ipsam rempublicam quam

Rex nisi exercendo justitiam non potest bene regere.

Secundo quia licet princeps et quicumque alius debeat remittere rancorem non tamen tenetur remittere satisffactionem immo bene facit si dimiso rancore agat ad satisfactionem plenariam obtinendam et faciendam de jure divino pariter et humano.

Tertio quia inhumanum esset et contra preceptum si dominus Rex gentes dicti feudi sub servitute calamitate et miseria consistentes non liberaret perpetuo a jugo tirannice potestatis. Ait enim sapiens ecclesiasticus libera enim qui injuriam patitur de manu superbi. Et alibi in scriptura sacra auris audiens beatificabat me. Et in ecclesiasticus videns testimonium reddebat michi eo quod liberassem pauperem vociferantem et pupillum cui non erat adjutor et alibi regnavit David super omnem Israel quia faciebat juditium et justiciam omni populo suo. Et Jeronimus super Geremiam inquid regum est proprium facere judicium et justiciam et libare de manu calumpniantium vi oppressos et sequitur in fine. Si inquit hoc feceritis o reges Juda tenebitis pristinam potestatem. Innuens quod nullus princeps potest nisi justiciam presertim in gravibus debitis faciat diu regnare quia ut ait Jhesus filius Sirach regnum a gente in gentem transferetur propter injusticias injurias et contumelias. Et propter hoc etiam lex civilis paruit fortiter judices et interdum pena quam reus si convictus esset plec-

teretur si injustitiam facient et per exemplum criminosos non cohibeant a dilectis.

Quarto quia idem dominus Rex ad justiciam faciendam presertim in terminis preassumptis per scripturas divinas et humanas premiorum exortatationibus multipliciter invitatur. Ait enim sapiens ecclesiasticus qui timet Deum faciet bona et qui continens est justicie apprehendet illam et obviavit illi quasi mater honorificata et alibi justicie liberat a morte quod magnum premium reputatur. Et propter hoc persuadet idem sapiens pro justicia agonitzare pro anima tua usque ad mortem et Deus expugnabit inimicos tuos et in libro sapientie dicitur justi imperpetuum vivent et apud Deum est merces eorum et est evidens ratio ipsius premii. Dicit enim Jeronimus ad Demetriande omnes virtutes uno justicie nomine continentur. Et Tullius justicia est omnium virtutum domina et regina. Et Philipus mundi justicia est perfecta virtus quem in ea simul est omnis virtus. Et in morali docmate justicia est virtus conservatrix humane societatis et comunis utilitatis. Et Tullius fundamentum est perpetue comendationis et fame justicie sine qua nichil est laudabile. Leges autem civiles precipiunt unicuique dari quod suum est adicientes publice utile esse ne malleficia remaneant impunita precipiunt etiam principes et judices justos ab omnibus publice collaudari.

Quinto quia omnes principes ad exercendum justi-

ciam sine personarum acceptione ortantur comminationibus terribilibus et preceptis quasquidem comminationes idem dominus Rex Aragonum probabiliter pertimescit nisi justiciam faceret in predictis et precepta divina humiliter custodiret juxta consilium divine scripture. Inquit enim ecclesiasticus qui custodit preceptum non experietur quicquam mali et subicitur ibidem et enim quia non profertur cito contra malos sententiam absque ullo timore filii hominum perpetrant mala. Et propter hoc in libro sapientie dicitur diligite justiciam qui judicatis terram. Et de Acap rege Israel scribitur quod cum nutu divino expugnasset et vicisset Benadab Regem Sirie et servi dicti Regis victi connantes sagaciter eum a morte liberare ac postulantes pro dicto Rege misericordiam dixissent dicto Regi Acap quod Reges domus Israel clementes erant ipse Acap spiritu vane glorie intitulatus pepercit dicto Regi Benadap et fedus cum eo iniens recessit federatus et tunc dixit sibi propheta quia dimisisti virum dignum morte de manu tua erit anima tua pro anima illius et populus tuus pro popullo ejus et ita fuit post pauca tempora subsecutum. Et alibi in sacra scriptura audite ergo reges et intelligite etc. Quoniam data est a domino potestas vobis et virtus ab altissimo quia interrogabat opera vestra et cogitationes scrutabatur quem cum essetis ministri regni illius non recte judicastis nec custodistis legem justicie nec secundum voluntatem Dei ambulastis exiguo enim conceditur potentes enim potenter tormenta pacientur. Non enim subtrahet personam cujusquam Deus qui est om-

nium donator nec verebitur magnitudinem cujusquam etc. Et est durus hic sermo contra principes qui precibus aut persuasionibus quorumcumque aut brevi lacrimula seu etiam uberioribus fletibus justiciam deserunt vel omittunt de quibus legitur quod sanguis subditorum de eorum manibus in extremo judicio requiratur.

Sexto quia cum dictus inclitus Jacobus contempnens et in profundum malorum veniens turpia et enormia crimina sine correctione et emendatione consuetudini deputaverit clementiam de qua loquitur dictorum capitulorum exordium non meretur. Dicit enim lex non in eos liberalitatis auguste referatur. Humanitas qui impunitatem veteris admissi non emandationi potius quam consuetudini deputarunt. Et Jeronimus dicit et capitulum decreti transsumptive assidue peccantium non miseretur Deus. Et idem inquid dum parcunt universe ecclesie moliuntur interitum et subsequitur in ista misericordia est que est ista levitas uni parcere et omnes in discrimine ducere. Et Ambrosius in libro de officiis inquid est injusta misericordia etc. Et sequitur denique in lege scriptum est de quodam non misereberis illi. Et ibidem subjungitur non ne innocentes tradet exitio qui liberat multorum exicia cogitantem et subvenitur inibi cum uni indulget indigno ad presumptionis contagium provocat universos facilitas enim venie intentionem tribuit delinquendi. Plurimorum enim utilitas ut dicitur capitulum unius utilitati vel voluntati preferenda est. Et Augus-

tinus non est iniquitate sed potius humanitate societatis devictus qui propterea criminis est persequtor ut sit hominis liberator. Non est igitur tutum immo inhumanum et contra Deum et justiciam dicto Jacobo parcere et rempublicam et gentes dicti feudi in discrimine adducere. Dicit enim Augustinus qui vitiis nutriendis parcit et favet ne contristet peccantium voluntatem tam non est misericors quam qui non vult cultum rapere puero ne audiam plorantem et non timet ne vulneratum dolet vel extinctum. Et Jeronimus non est crudelitas pro Deo crimina punire sed pietas.

Unde in lege dicitur si frater tuus et amicus et uxor que insumitus dormit depravare voluerit veritatem sit manus tua super eos et efundes sanguinem ipsorum. Et idem super Ysay non est crudelis qui crudeles jugulat sed idem crudelis vocatur quia crudelis pacientibus esse videtur. Idem etiam super Esatzielem qui malos percussit in eo quod mali sunt et habet vasa interfectionis id est potestatem ut occidat homines minister Domini est. Et idem super epistola ad Galatas judex non est actor sterilis homines vinciendo. Et idem super Geremiam inquid homicidas sacrilegos venenarios punire non est efusio sanguinis sed legum ministerium. Preterea Augustinus in libro de penitentia ait Deus enim qui misericors et justus est sicut conservat misericordiam in justicia ita et justiciam misericordiam et propterea dicit Crisostomus super Matheum quod misericordia tunc est vera misericordia si sit fac-

ta sicut justicia per eum non condempnetur. Si autem contempta justicia misericordia observetur non est misericordia sed fatuitas. Ex quibus satis patet quod in casu de quo agitur et prout agitur sine gravi peccato et condempnatione justicie et reipublice perjuditio manifesto misericordie non est locus.

Septimo quia dominium dicti Regni Majorice et ei adjacentium Insularum et comitatuum et aliarum terrarum feudalium predictorum omniumque bonorum dicti incliti Jacobi etiam alodialium que intra dictum feudum quomodolibet possidebat fuit ut jam dictum est per annotationem sollempnem et ejus anni lapsum dicto domino Regi Aragonum juste et legittime adquisitum et pro inde non oportet de dictis bonis amplius disputare nec dominus Rex intendit nec debet neque posset ipsa bona dicto inclito Jacobo restituere ex causis justis necessariis et rationabilibus que ex undecim debitis declaratis superius per ordinem colliguntur.

Octavo quia ubi dominus Rex Aragonum vellet restituere dicto Jacobo Regnum et loca feudalia supradicta vel partem eorum que eidem domino Regi per processum justum et annotationem predictos fuerunt legittime adquisita hoc non posset facere quovismodo. Quoniam anteq uam dictus processus inciperetur contra dictum inclitum Jacobum incliti infantes de genere regio barones milites et sindici civitatuum et villarum regnorum et Principatuum dicti domini

Regis venerunt ad generalem parlamentum in civitate Barchinone et ibidem previis diversis tractatibus colloquis et consilio diligenti et prefatus dominus Rex ad postulationem et supplicationem concordem omnium predictorum et de consensu ipsorum statuit et decrevit ac legem fecit quod si Regnum Majorice et alie terre feudales predicte ad eundem dictum dominum per justiciam pervenirent non possent unquam ex tunc a corona Regia et Regnis Aragonum Valencie et comitatu Barchinone in perpetuum vel ad tempus quibusvis titulis necessitatibus sive causis abdidari vel aliquatenus separari. Quinimo predicta omnia regna et comitatus in unione indivisibili perpetuo remanerent adjecto quod idem dominus Rex vel sui successores non possent de predictis regno Majorice terris et aliis bonis feudalibus per justiciam ut premittitur adquisitis in arbitrum vel arbitros compromittere nec compositionem aut transactionem facere vel inire nec in filios seu descendentes dicti domini Regis excepto primogenito et herede universali dictorum regnorum et comitatus nec in extraneos quovis titulo alienare seu etiam transportare. Et predicta omnia et singula jurarunt ad Sancta Dei quatuor evangelia dominus Rex incliti infantes barones milites et consiliarii dicti domini Regis et sindici memorati perpetuo tenere et observare et non contrafacere vel venire appositis penis immensis et cautelis adhibitis validissimis si contrarium templaretur fieri per quemcumque.

Rursus suffurentias postulatas in dictis capitulis

non potest idem dominus Rex concedere sine maximo dampno et perjuditio sui et reipublice evidenti cum enim magnis laboribus visitaverit sua regna et non absque dispendio rei familiaris suos fecerit cum supertibus quasi importabilibus apparatus dampnosum onerosum et periculorum sibi et presertim gentibus dicti feudi ocurrerent si dilatio preberetur vel executio differretur et jura sua per moram ex causis multiplicibus quas non opportet exprimi forsitan multifarie lederentur. Et ex eisdem causis non potest concedere quod ad Sedem Apostolicam pro aliquibus tractatibus nuntios preordinet atque mittat.

Nempe an donatio que facta dicitur per dictum inclitum Jacobum ante ortum questionis filio suo valeat vel fieri potuerit sine voluntate et auctoritate domini Regis predicti et an culpa genitoris in feudis descendentibus noceat. Hec consistunt in juribus et consuetudine patrie quibus in hac parte forsitan jura comunia non repugnant. Et ideo non est necesarium ad hec responderi. Licet idem reverendus nuncius per sui periciam si velit conspicere et recensere et species dictorum terminum possit de hiis satis perpendere et discernere quit sit juris. Dicit enim sapiens ecclesiastes tempus et respontionem tot sapientis intelligit.

Ad id vero quod dicitur in dictis capitulis de satisffactione et humiliatione respondet idem dominus Rex quod non decet eum qui per viam regiam et justicie processit et procedet domino concedente viam

aliquam tractatus dicto inclito Jacobo apperire sed ipse qui est liberatus et de propriis factis certus debet apud se disquirere quid debet facere in agendis. Recordari tamen potest si erravit a via veritatis et si justicie lumen illuxit sibi aut sol intelligentie ortus est ei lassatus fuit in viis iniquitatis et perditionis ambulavit vias difficiles quid sibi profuit superbia aut quid jactantia transierunt omnia illa tanquam umbra et tanquam nuntius percurrens et tanquam navis que pertransit fluctuantem aquam cujus cum preteriit non est vestigium invenire.

Ceterum idem dominus Rex non debet nec tenetur jamdicto Jacobo pro tantis criminibus absenti et contumaci processuum contra ipsum fratrorum concedere cum de jure nullo modo in criminibus nec etiam civilibus nisi purgata primitus contumacia sit processus copia concedenda.

Ad ultimum vero capitulum dicit dominus Rex quod revera nunquam impedivit nec impediret dictam dominam Constanciam sororem suam carissimam dudum Reginam Majorice quominus potuerit et possit ad dictum inclitum Jacobum virum suum si voluerit remeare. Ad alia autem in dictis capitulis contenta jam patet responsio ex premissis.

Denique cum idem dominus Rex Aragonum ut judex ordinarius et ratione dicti feudi processerit et procedat secundum Deum et justiciam contra dictum Ja-

cobum ejus sceleribus exigentibus que sine peccati labe nequeunt simulari. Ideoque dominus Rex loquendo semper cum reverentia dicte Sancte Sedis per diversas et continuatas ejus largitiones subierit sollicitudines et labores et ejus notoria justicia per legationes ipsos etiam fuerit retardata. Et insuper ex quidam causis quas exprimi non expedit magnum susceperit nocumentum et dictusque Jacobus inde sumpserit uberiorem audatiam rebellandi. Idcirco idem dominus Rex dicto sanctissimo domino Summo Pontifici supplicat humiliter et devote ut veritatis et justicie amatori et cujus scientia eminens et fecunda fecundia celestis irrigui gratia influente perfulget prelucidis et salutaribus documentis quatenus eundem dominum Regem a contentis in dictis capitulis excusatum habere dignetur. Et amodo si placuerit circa premissa legatos seu nuntios non constituat neque mitat. Rogans nichilominus dictum reverendum nuntium ut sui solita probitate excusationi predicte velit assistere et favere.

Et ut etiam littera que dicto domino Pape dirigitur ut pretangitur presentaretur eidem. Idem dominus Rex Aragonum scripsit per suam litteram Bonifacio Ferrarii legum doctori procuratori regio in Romana curia in modum contentum in illa cujus tenor hic insertus mandato dicti domini Regis sequitur sub hac forma.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum etc. Dilecto suo

Bonifacio Ferrarii procuratori nostro in Romana curia constituto. Salutem etc. Scire vos volumus quod nos reverendo Armando Aquensi Archiepiscopo nuntio domini Pape et ab eo propter negotium executionis quam facimus contra inclitum Jacobum de Majoricis ad nos misso responsionem nostram in scriptis fecimus super hoc eidem domino Pape per eum litteram dirigentes cujus transumptum in scriptis sine signo atque sigillo sibi tradi jussimus ut de ipsa responsione posset plenius informari. Verum cum omnino velimus quod apostolicam securitatem responsio ipsa non lateat mitimus vel aliam litteram nostram que de verbo ad verbum responsionem continet supradictam. Quocirca volumus ac vobis expresse mandamus quatenus taliter facere sic quod vias et modos opportunos et etiam importunos ad aditum habendum curetis exquirere quod dictam litteram nostram possitis eidem domino Summo Pontifici presentare sibique diligenter exponere quod in contentis in ipsa littera poterit clare rationes justas concernere quibus ad iniendum treugas inter nos et inclitum Jacobum de Majoricis vel alias ad obediendum suis super hoc beneplacitis rationabiliter excusamur. Igitur cum in hiis ipsius domini Pape legatis non leve nobis pondus adiciat jubemus districtius ut circa ea nedum diligentem sed sumam curetis sollicitudinem adhibere. Datum Barchinone VIII kalendas madii anno Domini MCCCXL quarto. Sigillavit.

Scripsit etiam ipsi domino Pape sepefatus dominus

Rex respondendo cuidam littere sive carte papali per dictum dominum summum Pontificem jam antea ipsi domino Regi destinatam super contentis in littera subinserta cujus tenor talis est.

Sanctissimo ac beatissimo in Christo patri et domino domino Clementi digna Dei providentia sacrosancte Romane et universalis ecclesie Summo Pontifici. Petrus Dei gratia Rex Aragonum etc. ejus humilis filius et devotus pedum oscula beatorum. Debita reverentia et honore quibus decuit recepimus vestre sanctitatis litteras quarum in effectu series continebat. Quod cum inclitus Jacobus de Majoricis contra civitatem Elnensem quibusdam occasionibus jam diu penes eum conceptis rancoribus in ipsa civitate in qua non ad ipsum sed ad Elnensem ecclesiam cujus juris et proprietatis existit omnimoda temporalis jurisdictio cum mero et mixto imperio pertinet capitaneum pro ejusdem civitatis custodia de facto constituens ab ipsius hominibus per vim metumque coactis juramentum fidelitatis et homagium mediante ostaculo recepisset adiecto in juramento expresse quod homines ipsi contra nos civitatem ipsam deffenderent neque nos aut nostros reciperent aut nobis vel nostris prestarent adversus eum auxilium vel juvamen. Nos cum secundum usos Cathalonie Elnensis ecclesia cum civitate castris et hominibus suis sit et esse debeat in pace et treuga ita quod a nullo etiam guerris inter principes ingruentibus nisi se constitueret in guerra debet offendi ex ipsis juramento et homagio a dictis hominibus contradi-

centibus ac retinentibus episcopo et capitulo ejusdem Elnensis ecclesie violenter extortis et in illorum et ecclesie perjuditium redundantibus manifestum contra eos nullatenus moveremur nec civitatem ipsam aut terras alias ejusdem ecclesie reputaremus constitutas in guerra sed eas habentes potius foro regio comendatas gentes nostras armigeras ab earum invasionibus et offensionibus mandaremus effectualiter prohiberi. Quibus omnibus pleno intellectu collectis vestre beatitudini respondemus. Quod cum divina cooperante clementia de illis christianissimis et illustribus simus progenitoribus editi qui percunctis regia dignitate fulgentibus singulari favore manutenuerunt ecclesias et earum jura favorabiliter protexerunt semper pater sanctissime prosecuti fuimus ecclesias generosis favoribus et subsidiis opportunis sed est verum pater sanctissime vestramque beatitudinem credimus non latere. Quod cum olim inter progenitores nostros et incliti Jacobi de Majoricis supradicti super infeudatione Regni Majorice et aliarum terrarum quas de facto nunc tenet certe conventiones fuissent inite ad hoc et melius servarentur de voluntate et expresso assensu illustris Jacobi olim Majorice Regis cui premissorum infeudatio primitus facta fuit omnes homines comitatuum Rossilionis et Ceritanie aliarumque terrarum quas in feudum recepit per suos sindicos generaliter promiserunt sub certis pactis juramento et homagio roboratis quod dictas conventiones tenerent inviolabiliter adiecto quod si dictus Majorice Rex aut successores sui non servarent easdem sed contra eas venire

presumerent homines ipsi nullum eis contra progenitores nostros aut successores eorum consilium impenderent vel juvamen propter quod pater sanctissime nos non intendimus dampnum inferre dicte civitati aut ejus habitatoribus vel locis ecclesiarum sed eas vel eos ab omni dispendio et molestia preservare si nostram superioritatem nostramque regaliam nec non jura que dictus inclitus Jacobus de Majoricis habebat in illis que pro nobis acquisita sunt ac devoluta legitime recognoscant et in hiis ac aliis nobis faciant quod debite facere teneantur potissime cum juramento fidelitatis et homagia per eos eidem inclito Jacobo de Majoricis prestita non sint obligatoria cum per vim et metum extorta fuerint ut prefertur et contra alia precedentia licita juramenta. Almam personam vestram conservet Altissimus suo santo servicio per tempora longiora. Datum Barchinone VI nonas madii anno Domini MCCCXLIIII. A. vicecancellarius.

Preterea cum prefatus dominus Rex Aragonum per generale Cathalonie et nuntios civitatis ac Regni Majorice instantissime requisitus ipsum Regnum Majorice ac comitatum Rossilionis et Ceritanie ac alias terras quas in feudum tenebat pro eo inclitus Jacobus de Majoricis perpetuo univisset regno Aragonum Valentie ac comitatui Barchinone cum publico instrumento de quo supra et etiam infra fit mentio quam siquidem unionem firmare debebant richi homines barones mesnaderii milites generosi universitates civitatum villarum et aliorum locorum dominationis dicti

domini Regis et alii infrascripti. Ideo die contenta in litteris infra proxime subsequentibus idem dominus Rex ordinavit mitere ad omnes ipsos suos notarios ut in sequenti littera continetur cujus tenor hic insertus mandato dicti domini Regis talis est.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum etc. Nobilibus dilectis et fidelibus suis richis hominibus et universitatibus civitatum villarum et locorum nostrorum et aliis subditis ad quos presentes pervenerint. Salutem et dilectionem. Noveritis nos ad augendam rempublicam et eam totis viribus conservandam propensius intendentes regnum Majorice quod feliciter acquisivimus comitatus et terras Rossilionis et Ceritanie Confluentis Vallispirii et Coquiliberi regnis nostris Aragonum Valentie et comitatui Barchinone indissolubiliter et solemniter univisse cum privilegio nostro seu publico instrumento cujus transumptum vobis per Bernardum de Brolio notarium latorem presentium ostendetur. Cumque dictam unionem singulorum firmis et juramentis providerimus roborandam. Idcirco vobis et singulis vestrum expresse dicimus et mandamus quatenus firmetis et juretis unionem predictam prout per dictum notarium inde fueritis requisiti. Datum Barchinone V nonas madii anno Domini MCCCXLIIII. Sigillavit.

Qui quidem Bernardus accesit cum dicta littera ad regnum Aragonum per eum presentanda superius nominatis.

Pro consilii ratione fuit alia littera consimilis tra-

dita pro Cathalonia Ferrario Magarola notario.

Item fuit alia consimilis littera tradita pro Regno Valencie Francisco Petri notario.

Et nichilominus ipsa die prefatus dominus Rex recepit quendam litteram quem sibi ex parte nobilis Elionoris de Convenis comitisse Fuxi tutricis predicte extitit presentatam. Cujus tenor hic insertus mandato dicti domini Regis sequitur in hunc modum.

Serenissimo principi domino Petro Regi Aragonum illustrissimo Alienors de Convenis comitissa Fuxi et vicécomitissa Bearni et Marciani tutrix testamentaria carissimi filii nostri Gasconis comitis et vicocomitis comitatus et vicecomitatuum predictorum. Reverentia cum honore. Vestre regalis magestatis litteras apertas recepimus in hec verba. Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comesque Barchinone. Nobili et dilecte nostre Alienori de Convenis comitisse Fuxi et vicecomitisse Bearni ac Marciani nec non tutrici testamentarie nobilis viri Gastonis comitis et vicecomitis comitatus et vicecomitatuum predictorum. Salutem et dilectionem. Nuper comitem memoratum cum nostris requisitoriis litteris ut observando conventionem et promissionem dudum factam per nobilem Rogerium Bernardi comitem Fuxi simul cum aliis serenissimo domino Petro Regi Aragonum patruo nostro memorie recolende juramento et homagio roboratam cujus tenor insertus erat in vestris requisitoriis litteris supratactis nobilem Jacobum de Ma-

joricis per eum vel homines suos non juvaret in aliquo nec gentibus armorum victualibus armis vel rebus aliis impenderet auxilium vel favorem. Nunc autem vestras accepimus responsivas litteras ad easdem per quas descripta prius nostrarum serie litterarum nobis inter alia respondistis. Quod vos aut comes ipse obtemperare non potestis nostris pretactis requisitionibus nec debetis cum dictam conventionem et promissionem et omnia denique per nostras prefatas litteras intimata verisimiliter ignoretis nec contra vos et filium vestrum debetis nostris litteris sine alia probatione legitima dare fidem. Quodque ignoratis quod idem Jacobus contra conventiones ipsas venerit et quod juste processerimus contra ipsum regnumque Majorice cum feudalibus terris aliis memoratis et quod nobis acquisiti fuerint cum inde vobis nulla fuerit facta fides immo dictus inclitus pro hiis ut dicitis audivisse coram domino Summo Pontifice querimoniam introduxit. Ad quem visa et intellecta plenarie respondemus. Quod admirari cogimur quia vos et comes prefatas sic ignaros vos redditis negotii quod multipliciter vos contigit. Quamvis autem de justicia nostrorum processuum qui fiunt contra nostrum subditum nulli fidem facere teneamur. Verumtamen ut intentio vestra de dictis processibus nostris et justissimis causis eorum que notorie sunt vicinis et in remotis partibus non occulta transumpta publica et autentica quibus plena fides debet ubilibet adhibere conventionis et promissionis dicti quondam Fuxensis comitis nec non conventionum et infeudationum predictarum renovatarum ultime per

Jacobum de Majoricis antefatum vobis providimus destinanda cum transumptis informationum quas per reverendum in Christo patrem Armanum Aquenensem Archiepiscopum Sedis apostolice nuntium anno preterito et nunc etiam eidem misimus apostolice sanctitati per quem si tamen exacta sedulitate legantur predictis erit ignorantiis satisfactum et discernere poterit vestre perspicacitatis ingenium quod vobis expediat quid ne deceat in eisdem. Vos autem expressius tenore presentis requirimus iterato quatenus observando conventionem et promissionem jam dictam vallatam juramento et homagio ut prefertur nullam valentiam nullumque subsidium vel favorem armorum scilicet victualium gentium vel quarumvis aliarum rerum palam vel occulte prestetis aut faciatis eidem Jacobo nec terris locis vel gentibus contra nos rebellantibus cum eodem nec per vestros homines sive loca permitatis quomodolibet fieri vel prestari. Quinimo faciatis et cum effectu curetis quod memorata promissio inviolabiliter observetur. Alioquin de jure nostro quocumque contra vos et bona vestra denuo presentium serie protestamur. Datum Barchinone idus marcii anno Domini MCCCXLIII. A. vicecancellarius. Quibus quidem litteris et duabus scriptoris infra dicendis nobis per latorem presencium et dictarum vestrarum litterarum traditis vestre regali excellentie respondemus. Quod nos et filius noster antedictus vestre requisitioni in predictis et aliis vestris litteris de quibus fit mentio in litteris suprascriptis contente obtemperare salva semper vestri reverentia et honore non tenemur pro eo

quia eandem facitis ac fecistis occasione contentorum in una ex scripturis antedictis in qua continetur dominum Rogerium Bernardi inclite recordationis comitem Fuxi una cum aliis nobilibus contenta in ipsa scriptura permississe in qua continetur hec clausula videlicet et predictis completis per eos nos simus absoluti et liberati a predicta obligatione et juxta contenta in alia predictarum duarum scripturarum dominus Jacobus Rex Majorice de quo fit mentio in predicta prima scriptura et ejus heredes compleverunt omnia et singula per dictum dominum Rogerium Bernardi et alias nobiles promissa ex quo a predicta promissione et obligatione predictus noster filius est et tam ipse quam sui predecessores fuerunt penitus liberati. Et si post predictam promissionem et obligationem per dictum dominum Rogerium Bernardi ut dicitis factam predictus dominus Jacobus Rex Majorice illustris et ejus successores fecerunt vobis et vestris predecessoribus conventiones et promissiones eas filius noster occasione promissionis et obligationis per dictum dominum Rogerium Bernardi ut dicitis facte tenere et servare ac teneri seu servari facere ut tenetur. Quare vestre regie magestati placeat nos et filium nostrum habere velle excusatos quia dicte vestre requisicioni non obtemperavimus sicut obtemperare non tenemus ex predictis. Datum in Montegiscardo die XIX mensis aprilis anno Domini MCCCXLIIII.

Denique ordinatis ac positis in statu decenti per dictum dominum Regem seu officiales et ministros

ipsius omnibus et singulis que ad continuandum et perficiendum cum Dei auxilio executionem jamdictam necessaria videbantur et vertente eo tempore quo solent reges ad bella procedere. Ac considerato quod equites et pedites deputati per ipsum dominum Regem ad sequendum eundem et interesendum exequtioni jamdicte suos fecerant necessarios apparatus et jam de mandato regio se congregabant in partibus Gerundensis ipsum dominum Regem ibidem ratione hujusmodi expectantes propterea idem dominus Rex Aragonum facto per eum mandato ductoribus galearum et navium ac aliorum et vasseliorum armate propterea facte quod a plagia Barchinone recederent certa die et apud Coqumliberum navegarent ut prompcius executio ipsa justicie compleretur. Die mercurii intitulata IIII kalendas madii anno Domini MCCCXLIIII a dicta civitate Barchinone recessit hujusmodi ratione. Et transitum faciendo per monasterium Beate Marie Montisserrati cui ad laudem et gloriam sui nominis et virtutis volebat ut proposuerat et debebat reverentiam debitam exhibere quasi continuatis dictis salvo quod stent in civitate Gerunde per triduum direxit apud Figuerias gressus suos ubi cum nondum essent omnes ab equo familie et pede congregate opportuit eum octo diebus vel circa ibidem expectando easdem familias remanere.

Postea die veneris intitulata II idus madii anno proxime dicto congregatis in loco seu villa de Figueriis antedicta familiis memoratis. Idem dominus Rex noti-

ficato voce preconia omnibus ipsis familiis quod ipsum dominum Regem apud locum de la Jonqueria cum suis equis armis et aliis omnibus apparatibus sequerentur recessit ab ipsa villa de Figueriis et accessit ad locum Jonquarie antedictum ubi exercitus regii castremetati sunt et ibidem nocte sequenti usque in crastinum remanserunt.

Deinde in crastinum quo computabatur idus madii dicto proxime anno ipsa hora tercie familiis exercituum predictorum ordinatis ad bellum recessit cum eis ab inde et suos aditus dirigendo per viam colli de Paniças ingressus est comitatum Rossilionis. Et data exercitibus ipsis et equis ac aliis animalibus requie ipsa die et nocte sequenti citra rivum Tetis juxta locum de Corniliano in campis ubi erecta tentoria extiterunt. Demum ante villam de Volono in campis idem dominus Rex cum familiis sui exercitus requievit.

In crastinum vero quo computabatur XVII kalendas januarii anno predicto deliberato per dominum Regem quod extunc procederetur ad destructionem et talam fructuum et bonorum subditorum incliti Jacobi de Majoricis rebellium ipsius domini Regis. Idem dominus Rex mandavit et fecit ordinari ad bellum familias exercituum predictorum cum quibus ipse dominus Rex Aragonum recessit ab inde talando fructus et arbores ac alias destruendo cetera bona rebellium prefatorum et capiendo inter alia ipsa die turrim de Nidoleres in qua se recollegerant aliqui homines et mulieres dicti

incliti Jacobi subditos cum liberis et bonis mobilibus eorundem. Et quia homines ipsi se deffendere presumpserunt contra familias aliquas dicti exercitus. Denuo ipse familie dictam turrim incendio posuerunt. Sed cum adversus eosdem homines et mulieres invalesceret ignis ardoris inmensitas dictus dominus Rex seu inclitus dominus infans pro eo Cathalonie senescallus ductus pietate intrinsecus recepit solito more domus regie Aragonum ipsos misericorditer ad mercedem. Et continuando confestim iter suum et executionem eandem justicie se contulit cum ipsis exercitibus apud Elnam. Et recedendo abinde accessit apud castrum de Caneto ubi in campis videlicet dicti exertus per dies aliquos quieverunt.

—

Die mercurii autem intitulata XIIII kalendas junii anno predicto prefatus dominus Rex a dicto castro de Caneto recessit cum ejus exercitibus antefatis et redeundo apud ortam civitatis Elnensis mandavit nobili Petro de Queralto quod versus quendam locum vocatum la Torra del Bisba accederet cum equitum et peditum certis familiis et quod habitantes in eo ex parte regia instanter requireret quod ipsi domini Regi vel nomine suo ipsi nobili Petro se redderent et amodo tanquam eorum superiori domino obedirent. Et postea ipsa die idem dominus Rex Aragonum recepit

arditum quod homines dicte turris se reddiderant nomine ipsius domini Regis nobili memorato et quod locum eundem idem nobilis muniebat a quibus quidem hominibus postea ipse nobilis vice et nomine dicti domini Regis vigore potestatis inde sibi tradite ab eodem recepit homagium et juramentum fidelitatis ratione generalis jurisdictionis et superioritatis dominii sic quod ex tunc locus predictus fuit ad manum et obedientiam dicti domini Regis Aragonum ut debebat.

—

Subsequenter die veneris intitulata XIII kalendas junii dicto anno previa deliberatione matura idem dominus Rex cum toto dicto exercitu parato ad bellum recedendo ab ipsa orta civitatis Elnensis accessit certo itinere apud locum de Argileriis quem obsessit et eadem die homines loci de Tacione superiori numero ultra decem jus dicti domini Regis et justiciam cognoscentes se ipsi domino Regi existenti in castris prope locum ipsum obsessum tanquam eorum domino naturali et superiori flexis genibus et alias sibi exhibita reverentia debita presentarunt ac eidem prestiterunt atque fecerunt homagium et fidelitatis etiam juramentum in forma contenta in quodam publico instrumento facto in posse Francisci Fuxi scriptoris dicti domini Regis ac notarii publici per totam terram et dominationem regiam et recondito in Archivo regio

palacii Barchinone. Et hoc idem fecerunt ibidem aliqui homines loci turris predicte ultra X numero cum publico instrumento facto in posse scriptoris et notarii antedicti recondito in archivo regio sepedicto.

Et in crastinum quo fuit dies sabbati intitulata XII kalendas junii dicto anno idem dominus Rex Aragonum constituit procuratorem suum dictum nobilem P. de Queralto cum littera sigillo secreto ipsius domini Regis sigillata data in obsidione de Argileriis ipsa die ad recipiendum homagium et juramentum fidelitatis nomine suo ab hominibus infrascriptis. Qui nobilis virtute sibi tradite potestatis processit ad recipiendum homagium et juramentum ab hominibus loci turris predicte qui erant circa triginta numero cum publico instrumento facto die predicta in posse scriptoris et notarii antedicti. Et hoc idem fecerunt duo homines loci Sancti Cipriani cum publico instrumento qua instrumenta sunt in dicto Archivo recondito cum aliis antedictis.

—

Deinde die dominica intitulata XI kalendas junii dicto anno ipso domino Rege existente personaliter in obsidione pretacta. Aliqui homines dicti loci turris Elnensis episcopi qui comparuerant coram eo fecerunt ac prestiterunt homagium et fidelitatis juramentum ipsi

domino Regi in forma contenta in quodam publico instrumento facto in posse scriptoris et notarii antefati recondito in Archivo regio Barchinone. Et nichilominus idem dominus Rex mandavit et fecit procedi ad erigendum et parandum unam ex machinis quas idem dominus Rex ad dictum locum fecerat apportari sic quod continue aliis diebus sequentibus donec erecte fuerunt in circuitu dicte ville quatuor ex dictis machinis fuit processum ad erigendum machinas antedictas. Quibus erectis cum habitantes in villa predicta expresse ipsi domino Regi renuerent obedire palaticium faciendo et alias adversus illos de dictis regiis exercitibus repugnando eosdem de regiis exercitibus ipsi obsessi sagitis telis lanceis ac aliis armorum diversis generibus prout virilius poterant invadebant et letaliter vulnerabant. Et denuo fuit processum ad jaciendum continue cum machinis ipsis contra villam predictam et obsessos in ea lapides quorum frequens emissio et percussio vilam ipsam et menia ejus in diversis partibus maceravit hospicia diruit et personas aliquas interemit in ea propter quod et quia idem dominus Rex hominibus dicte ville significaverat quod cum ipse deliberasset e certo quanto posset potentius debellare eosdem se certa die pararent ab bellum. Demum homines ipsius ville predicte ex causis istis perterriti tractatus et pacta aliqua cum ipso domino Rege Aragonum inierunt super quibus tamen convenire minime potuerunt.

—

Die vero tercia introytus mensis junii intitulata III nonas junii anno predicto venerunt ad presentiam dicti domini Regis aliqui ex hominibus dicte ville qui post plures tractatus et pacta obtulerunt ipsi domino Regi certa capitula que idem dominus Rex firmavit et roboravit propio juramento. Et quia ipsa capitula inter cetera continebant quod nisi inclitus Jacobus de Majoricis ad quem nuntios suos presentialiter destinabant tale eis et ville predicte inter dies brevissimos auxilium miteret et succursum quod potencia vel metu ipsius incliti Jacobi de Majoricis idem dominus Rex Aragonum a dicta obsidione recedere cogeretur universitas dicte ville se personaliter traderent et villam ipsam restituerent domino Regi Aragonum antedicto. Et cum dictus inclitus Jacobus vires obsidionis regie infra tempus prefixum repellere requivisset propterea die dominica intitulata VIII idus junii anno predicto homines dicte ville obsesse saniori functi consilio tanquam ipsius domini Regis justiciam cognoscentes atque volentes ex pacto contenta in dictis capitulis adimplere restituerunt villam predictam et tradiderunt se ipsos dicto domino Regi ac receperunt eundem in suorum dominum naturalem.

—

Postmodum die septima mensis junii dicto anno. Universitas dicte ville de Argileriis ad mandatum dicti domini Regis suos actores sindicos et procuratores constituit ad prestandum ipsi domino Regi nomine dicte universitatis homagium et juramentum fidelitatis ut eorum domino naturali cum publico instrumento cujus tenor talis est.

Noverint universi. Quod nos Simon Regis Guillermus Fabri filius Berengarii Fabri quondam Guillermus Regis teulerius Bernardus Roure Johannes Barrera P. Gros Johannes Sabaterii Jacobus Roquera Bn. Mauroni P. Campirotundi G. Pauli Perpinianus Gausioni Franciscus Tallat R. Ribera Tacio Comes Berengarius Marchi P. Rossilionis G. Garriga filius Johannis Garriga quondam Huguetus Luppeti G. Bonifilii G. Michaelis Bartholomeus Pauli Bn. Ribera P. Vitalis G. Garriga filius Bertholomei Garriga quondam Petrus Juherii G. Seguerii Bartholomeus Gros Petrus Raymundus Regis A. Ros G. Gamelli G. Gamelli ejus filius Petrus Pi Johannes Neyrona R. Bessoni G. Roguera Michael Puig A. Bonadona Bn. Vaquerii Bn. Constancii P. Guilaberti P. Carreres senior Aymericus Johannis P. Messaguerii Johannes de Bausigiis G. Pagesii Bn. Auriolli G. Plana A. Pi Franciscus Constancii Jacobus Gausioni Berengarius Buadella Bartholomeus Ollerii Nicholaus Juherii Bn. Bas Berengarius

Torrentis P. Bn. Fusterii G. Fusterii ejus filius Bn. Bruliani Andreas Barravi Johannes Pi Bartholomeus Ceroni A. Clusella Bartholomeus Carreres G. Basoni Johannes Guarteria Berengarius Ribera Jacobus Carreres Bn. Campirotundi Johannes Bach P. Vaquerii Bn. Carbonis G. Regis filius Andree Regis quondam P. Casaldava G. Vilaris Johannes Guaselli G. Colli senior Bn. Regis filius G. Regis proxime dicti Jacobus Michaelis Bn. Regis filius dicti G. Regis teulerii Bartholomeus Regis R. Bruguera Berengarius Noelli G. Michaelis filius Johannis Michaelis quondam Berengarius Beleti Franciscus Plana Bn. Buadella G. Dosona Bn. Rigaldi A. Fontana G. Mera P. et Jacobus ejus filii R. Andree Bn. Campirotundi Simon Lancerii Franciscus Aulomarii Bn. Csmpirotundi A. Campirotundi Bn. Carreres Jacobus Solani G. Juherii Jacobus Anglada Bn. Calveti G. Ayguals Bn. Costa P. Galiners Coqusliber Alborges R. Boteti G. Poncii Bn. Pagani A. Durandi Jacobus Carreres Berengarius Regina P. Fabri filius Bernardi Fabri quondam P. R. Bruliani Andreas Martini Jacobus Fabri P. Stranya Johannes Gensana et Johannes ejus filius Johannis Pela G. Belom R. Peytavini Perpinianus Neyrona Martinus Vaquerii Bn. Campirotundi filius Jacobi Campirotundi quondam Johannes Bruliani A. Boys Franciscus Blanqueti Bn. Pauleti R. Costa Johannes Colomerii G. Colomerii ejus filius Anthonius Calasilli R. Sicardi Berengarius Savina Berengarius Pellicerii Nicholaus Glesa Bn. Michaelis Belen R. Durandi Jacobus Regis et G. Regis fratres filii dicti G. Regis teulerii G. Baronis G. Falii

filius Berengarii fabri quondam Johannes Calasilli Jacobus Magistri Johannes Paytavini Bn. Michaelis filius Bn. Michaelis Beleti Castilio Paytavini G. Vaquerii Bn. Groer P. Dosoni P. Carreres filius Laurencii Carreres quondam R. Amelii G. Joherii filius A. Jaherii quondam Bn. Juherii Martinus Campirotundi G. Martini P. Dosona Bn. Galvany Berengarius Viana P. Comitis P. Causet G. Stephani Bartholomeus Anglada Jacobus Regina P. Pujals P. Sicardi Jacobus Regina Johannes Carreres Johannes Beativi Johannes Seylera Generius Batallerii A. Segurerii Castilio Auriolli Bartholomeus Baronis G. Fabri filius Bernardi Fabri quondam Johannes Campirotundi P. Gauselli P. Desplas G. Garriga filius Bernardi Garriga quondam P. Boneti R. Dosoni Deus lo fe Gras P. Comes Perpinianus Miri P. Ribera Bn. Dosona G. Comes P. Ribera faber Jacobus Lobeti Johannes Dosona Jacobus Riera G. Mascaros Michael Blanch P. Andree P. Seyfera G Tesani Perpinianus Meca Bn. Rubiani Johannes de Albia Dalmacius Neyrona Bartholomeus Gros et P. ejus filius Simon Morerii Johannes Fabri filius Bn. Fabri Bn. Triadorii R. Boneti Andreas Benedicti Berengarius Pellicerii Johannes Clarionis major diebus Vitalis Calasilli G. Ventos G. Glesa P. Boxoni P. Ermengaudi B. Maurelli Andreas Seylera Martinus Subirana Berengarius Ginerii Stephanus Pocini Martinus Colli Bartholomeus Guasch Franciscus Saurina P. Morerii G. Jacobi P. Vesiani G. Ferrarii P. Carreres filius alterius P. Carreres quondam R. Rocha Jacobus Dosona Bn. Solani Johannes Bòteti G.

Boteti P. Cathalani G. Campirotundi P. Segerii Bartholomeus Guarnera G. Martini macellarius Perbenus Michaelis P. Boneti Berengarius Raucha P. Guitardi G. Seguerii R. Olivarii G. Paguana Johannes Vitalis Jacobus Mangueti Bn. Boneti G. Colli senior G. Juglarii filius Perpiniani Juglarii quondam Jacobus Serviani Jacobus Pellicerii P. Berardi P. Massaneti P. Regina Bn. Fusterii P. Bajuli G. Colli minor diebus R. Sicardi Johannes Flors G. Subirana G. Carreres A. Pellicerii Berengarius Johannis junior Bartholomeus Boneti Benedictus Bonifilii Petrus Magistri Jacobus Juliani R. Gauselli P. Pujals G. Puigcall Bn. Malolli Franciscus Pauleti P. Gros filius Perpiniani Gros quondam Jacobus Michaelis filius R. Michaelis quondam Deus losal Boni hominis Franciscus Augeril Arnaldus ejus filius G. Borrelli parator P. Martini Bn. Biativi Bn. Bruliani Anthonius ejus filius Michael Juherii et Johannes Scolani P. Guilaberti P. Ribera et Berengarius ejus filius P. Guaselli G. Stephani Johannes Pagesii Johannes Fabressa Jacobus Fabressa P. Martini G. Royre et G. Fabri filius Bn. Fabri quondam de Argileriis omnes insimul qui sumus major pars hominum universitatis dicti loci congregati in cimiterio ecclesie dicti loci propter infrascripta facienda prout populum est assuetum congregari hactenus in dicto loco habita super hiis inter nos plena deliberatione diligentique consilio ac tractatu nomine nostro propio et nomine etiam ceterorum omnium et singulorum hominum ejusdem universitatis ad requisitionem et mandatum illustrissimi principis et domini nostri domini

Petri Dei gratia Regis Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comitisque Barchinone et Rossilionis auctoritate et decreto discreti G. Aragonis bajuli dicti loci de Argileriis presentes ad prestandum solum et dumtaxat nomine nostro proprio et nomine etiam dicte universitatis homagium et fidelitatis sacramentum prefato domino Regi nostro et ad omnia alia peragenda circa predicta que de esencia dicti homagii et fidelitatis juramenti requiruntur et necessaria sunt. Dantes et concedentes vobis dictis sindicis actoribus et procuratoribus nostris in et super predictis homagio et fidelitatibus juramento ut predicitur dicto domino Regi nostro prestandis plenariam potestatem et liberam ac generalem aministrationem. Promitentes in manu et posse notarii infrascripti stipulantis et recipientis nomine nostro et singulorum dicte universitatis et etiam omnium illorum quorum interest vel interese poterit in futurum habere ratum gratum et firmum quicquid per vos in predictis et circa predicta actum gestum fuerit et modo quolibet procuratum sub ypotheca et obligatione omnium bonorum universitatis predicte quecumque sint et ubicumque. Et nos Guillermus Aragonis bajulus dicti loci de Argileriis pro illustrissimo domino nostro Rege predicto presentes et hiis consentientes auctoritatem nostram interponimus pariter et decretum. Actum Argileriis videlicet in dicto cimiterio ubi dicti homines propter hec fuerunt spetialiter congregati VII die mensis junii anno Dominice incarnationis MCCCXLIIII in presentia et testimonio Michaelis de Podio Petri Amati de Bar-

chinone Furtuni Exemenis de Valencia. Sig✠num mei Berengarii Johannis notarii publici de Argileriis qui predictis omnibus interfui eaque in hanc publicam formam redigens scribi et clausi cum raso et emendato in II linea ubi legitur G. Michaelis et in XIX linea minor et in XXI linea Juberii et Johannes.

Et dicti sindici virtute potestatis eis tradite in instrumento sindicatus jam dicti fecerunt et prestiterunt eidem domino Regi juramentum et homagium infrascriptum cum publico instrumento cujus tenor prout fuit repertus in notulis R. Sicardi notarii publici per totam terram et dominationem dicti domini Regis ejusque secretarii sequitur in hunc modum.

(Sigue un documento borrado, que debe sustituirse por otro que va á continuacion, escrito en un papel suelto, segun es de ver por una nota puesta al pié, y que se halla algunas páginas despues.)

Pateat universis quod die mercurii qua computabatur VI idus junii anno Domini MCCCXLIIII. Serenissimo ac magnifico principe ac domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone in castris suis apud villam de Argileriis personaliter constituto in presentia notarii et testium subscriptorum ad hec spetialiter vocatorum G. Mascarosii et Johannes Escaloni de loco de Argileriis sindici actores et procuratores universitatis hominum dicte ville ad infrascripta personaliter constituti cum publico instrumento facto in posse Beren-

garii Johannis notarii publici de Argileriis septima die mensis junii anno predicto coram dicto domino Rege presentialiter existentes prestiterunt et fecerunt ipsi domino Regi nomine proprio et universitatis predicte ac ejus singularium homagium ore et manibus ac juramentum fidelitatis tactis per eos sacrosanctis Dei evangeliis et cruce Domini sub fide cujus homagii et religionis juramenti promiserunt nomine quo supra ipsi domino Regi quod iidem procuratores et universitates supradicte et singulares ejus et successores eorum erunt sibi contra omnem hominem mundi boni fideles et legales homines et subjecti sui quod portabunt ipso domino Regi et ejus successoribus bonam rectam et legalem fidem prout fideles homines et subjecti debent et tenentur portare eorum domino naturali pro quibus omnibus et singulis supradictis attendendis et complendis obligarunt quo supra nomine memorato domino Regi quolibet ipsorum se et omnia bona sua et universitatem predictam et singulares ejus ac successores eorum cum omnibus bonis suis ubique habitis et habendis presentibus testibus nobilibus Galcerando de Bellopodio Ademario de Mosseto Artaldo de Capraria et pluribus aliis in multitudine copiosa.

—

Denique die mercurii intitulata V idus junii anno predicto plures homines dicte ville fecerunt et prestiterunt dicto fratri G.º de Guimerano procuratori ad hec

per dominum Regem constituto cum carta sua data in obsidione dicte ville VIII kalendas junii anno prefato homagium et juramentum fidelitatis cum publico instrumento facto dicta die mercurii in posse Francisci Fuxi scriptoris et notarii antefati quod est reconditum in Archivo regio Barchinone.

Et extunc completis predictis dictus dominus Rex juxta deliberationem jam habitam super eis mandavit et fecit parari bellum adversus turrem dels Pujols situatam ante dictam villam de Argilers quam inclitus Jacobus de Majoricis fecerat stabiliri sic quod custodientes eandem demum superati per gentes dicti exercitus et per maximam que adversus eos et turrim continue lapides emitebat videntes se ulterius non posse deffendere a bellis et expugnationibus tam continuis et inmensis. Die undecima mensis junii subsequenti intitulata III idus junii anno prefato capitaneus dicte turris restituit ipsi domino Regi turrim supra proxime expressatam. Et ipse capitaneus cum ceteris eam custodientibus recesserunt prius per dictum dominum Regem eis dato guidatico et conductu.

—

Subsequenter die dominica intitulata idus junii anno pretacto positis et relictis in tuto villa et turri predictis continuando executionem eandem transtulit se dictus dominus Rex cum ipso exercitu apud villam Coquiliberi quam obsessit et obsidione ipsa sic stante in circuitu dicte ville tam per terram quam per mare

auxiliante marino navigio idem dominus Rex perspipicaciter attendendo quod P. R. de Codaleto quem inclitus Jacobus de Majoricis ordinaverat in capitaneum dicte ville ac alii ad ipsius ville tuitiorem custodiam deputati nec non habitatores ipsius ville nolebant ipsi domino Regi deliberare et restituere villam ipsam nec sibi ut eorum naturali domino obedire quinimo expresse eidem et suis exercitibus viriliter rebellabant parari fecit machinas cum quibus villa predicta et ceteri ibi obsessi possent potentius expugnari tanquam eorum naturali domino rebellantes qui demum fuerunt cum armis per dictos exercitus et dictarum machinarum lapidibus expugnati.

—

Postmodum die martis intitulata XVII kalendas julii anno predicto ipso domino Rege stando in obsidione prefata comparuerunt coram eo Arnaldus Berengarii et Raimundus Vallauria domicelli qui ibidem fecerunt et prestiterunt ipsi domino Regi homagium et juramentum fidelitatis cum publico instrumento dicta die facto in posse Francisci Fuxi scriptoris dicti domini Regis et notarii publici supradicti quod est reconditum in dicto Archivo palacii regii Barchinone. Et nichilominus ipsa die ibidem comparuerunt coram ipso domino Rege Petrus Massoti et Petrus de Podio procuratores sindici et actores universitatis hominum val-

lis Sancti Martini de Episcopatu Elnense sibique exhiberunt instrumentum sindicatus et procurationis jam dicte cujus tenor talis est.

Pateat universis. Quod die dominica intitulata idus junii anno Domini Millessimo CCC quadragesimo quarto Raimundus Requeseni filius Petri Requeseni quondam et Raimundus Requeseni filius Poncii Requeseni quondam et Raimundus Massoti et Petrus Croels et Johannes Blancus et Guillermus Casaldiva filius Petri Casaldiva et Petrus Tornerii et Johannes Berengarii et Guillermus Sartoris filius Johannis Sartoris quondam et Johannes Sartoris filius Raimundi Sartoris et Arnaldus Sartoris filius Johannis Sartoris quondam et Petrus Monerii et Romeus Dalmacii et Guillermus Terrades Salamonus Tornerii Jacobus Casaldava bujulus et Nicholaus Acentiga et Petrus Michaelis omnes de Valle Sancti Martini de episcopatu Elne simul major pars totius universitatis hominum dicte vallis Sancti Martini congregata ad mandatum Jacobi Casadava bajuli predicti in quodam solino qui est de scriptore infrascripto sito in fabrarrium castri de Requeseno in presentia nostri scriptoris subscripti et testium subscriptorum ad hec spetialiter vocatorum et rogatorum et ipsius singulares ad hec unanimiter absque contradictione alicujus concordantes gratis et spontanea voluntate et ex certa scientia constituerunt ordinaverunt suos certos procuratores sindicos et actores Petrum Massoti et Petrum de Podio ambos de dicta valle Sancti Martini presentes et hanc procurationem sindicatum

et actoriam recipientes et quemlibet ipsorum insolidum ita quod occupantis vel occupantium condicio melior non existat sed quod per unum vel plures inceptum fuerit per alium vel alios mediari valeat et finiri etiam si occupantem vel occupantes infirmitate vel alio impedimento legitimo contingat minime detineri ad comparendum coram excellentissimo et potentissimo principe et domino domno Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone vice nomine et pro parte dicte universitatis majoris singularium ejusdem et ad prestandum eidem domino Regi tamquam vero et naturali domino ipsius universitatis et ejusdem singularium vice nomine et pro parte quibus supra homagium ore et manibus comendatum et fidelitatis juramentum tactis eorum manibus sacrosanctis quatuor Dei evangeliis sub fide cujus homagii et religionis juramenti promitant eidem domino Regi bonam rectam sinceram et legalem fidem sicuti fideles homines et subjecti debent et tenentur portare domino suo naturali. Et etiam ad omnia alia faciendum in et super predictis et dependentibus seu emergentibus ex eisdem et quolibet eorundem que necessaria utilia vel opportuna fuerint vel etiam que eidem domino Regi placebit nos dictam majorem universitatem et singulares ex ea tacere in premissis etiam si mandatum exigant spetiale et sint majora superius expressatis. Concedendo eisdem et eorum cuilibet super premissis omnibus et singulis liberam aministrationem cum plenissima facultate volentes et expresse consentientes dicta universitas et

ipsius singulares et quicquid per dictos sindicos procuratores vel actores vel eorum quemlibet actum gestum vel procuratum fuerit sit ita validum et firmum perpetuo et per inde habeatur ac si a dicta universitate et singularibus ejusdem et eorum quolibet personaliter esset factum. Quoniam predicta pro majori parte totius dicte universitatis promiserit firma et solemni stipulatione in posse et manu mei notarii subscripti publice stipulantis et exigentis nomine domini Regis et aliorum omnium quorum interest vel interesse poterit vel debebit habere ratum gratum et firmum quicquid super premissis omnibus et singulis per dictos procuratores sindicos vel actores et eorum quemlibet actum gestum fuerit seu etiam procuratum. Et pro predictis omnibus et singulis attendendis firmiter et complendis dicta universitas et singulares ejusdem obligarunt se et bona ipsius universitatis et singularium ejusdem cujuslibet eorundem. Quod est actum die et anno quibus supra. Sig✠✠✠✠✠✠✠✠ na Raimundi Requeseni et Raimundi Requeseni et Raimundi Massoti et Petri Crosels et Johannis Blancus et Guillermi Casaldava et Petri Tornerii et Johannis Berengarii. Sig✠✠✠✠✠✠✠✠ na Guillermi Sartoris et Johannis Sartoris et Arnaldi Sartoris et Petri Moneri et Romei Dalmacii et Guillermi Terrades et Salamoni Tornerii et Jacobi Casaldava bajuli. Sig✠✠✠✠✠✠✠✠✠ na Nicholai Arenciga et Petri Michaelis et Guillermi Massoti et Guillermi Ventosi et Petri Laurencii fabri et Raimundi Laurencii et Jacobi Tornerii et Arnaldi Michaelis predictorum qui hec

omnia laudaverunt et firmaverunt presentibus testibus adhibitis vocatis et rogatis videlicet Dalmacio de Canatalli domicello Jacobo Massoti Jacobo Bruch ambobus de Requesenno Guillermus Monerii clericus et publicus scriptor de Requesenno auctoritate domine Saurine de Castronovo domine Castri de Requeseno hec scripsit et hoc Sig✠num fecit cum suprascripto in nona decima linea ubi dicitur parte.

Qui siquidem procuratores sindici et actores vigore potestatis eis tradite cum dicto sindicatus publico instrumento fecerunt et prestiterunt confestim memorato domino Regi homagium et juramentum fidelitatis in forma contenta in quodam publico instrumento facto die martis in posse dicti Francisci Fuxi cujus tenor talis est.

Noverint universi. Quod die martis intitulata septimo decimo kalendas julii anno Domini Millesimo trecentesimo quadragesimo quarto serenissimo ac magnifico principe et domino domno Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone existente personaliter in obsidione Coquiliberi Petrus Massoti et Petrus de Podio procuratores sindici et actores per universitatem vallis Sancti Martini diocesis Elnensis constituti legittime cum publico instrumento facto die dominica idus junii anno predicto per Guillermum Monerii clericum et publicum scriptorem de Requesenno auctoritate domine Saurine de Castronovo domine Castri de Reque-

senno ad ea que inferius continentur in presentia notarii et testium subscriptorum a l hec spetialiter vocatorum proprio nomine ipsorum et totius universitatis predicte et singularium ex ipsis et successorum suorum fecerunt et prestiterunt ipsi domino Regi homagium ore et manibus et sacramentum fidelitatis tactis per eos sacrosanctis quatuor Dei evangeliis et cruce Domini sub fide cujus homagii et religionis sacramenti promiserunt nominibus supradictis eidem domino Regi quod ipsi et dicta universitas et singulares ejusdem et eorum successores erunt ipsi domino Regi et successoribus suis ut domino et comiti Rossilionis et Ceritanie boni fideles et legales pro jure superioritatis seu generalis juredictionis et aliis debitis regaliis comitatus predicti. Et quod portabunt ipsi domino Regi et successoribus suis bonam et rectam ac legalem fidem in omnibus tanquam domine superiori et naturali. Pro quibus omnibus et singulis supradictis attendendis et complendis iidem procuratores sindici et actores nominibus quibus supra obligarunt memorato domino Regi se ipsos et successores ipsorum ac dictam universitatem et singulares ex ea et successores dicte universitatis et singularium ipsorum et omnia bona sua et dicte universitatis et singularium eorundem. Presentibus inclito infante Jacobo comite Urgelli et vicecomite Agerensi fratre ejusdem domini Regis nobilibus Ademario de Mosseto Galcerando de Bellopodio majore domus Johanne Ferdinandi Munionis Roderico Didaci legum doctoribus et Arnaldo de Moraria vicecancellario consiliariis dicti domini Regis et Jacobo

de Faro jurisperito Minorisse testibus ad hec spetialiter evocatis. Sig✠num mei Francisci Fuxi scriptoris dicti domini Regis et auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem ejusdem domini Regis qui predictis interfui eaque in hanc formam publicam redigens scribi feci cum litteris supprapositis in linea VII ubi dicitur Regi et clausi.

Nichilominus etiam dicta die martis intitulata XVII kalendas julii memoratus dominus Rex misit nobilem Petrum dominum de Exerica cum magna equitum et peditum comitiva ad locum Sancti Johannis cum potestate recipiendi nomine et ad manum ipsius domini Regis ipsum locum et ab hominibus in eo habitantibus homagium et fidelitatis etiam juramentum.

—

Deinde die veneris intitulata XIII kalendas julii anno predicto Domini MCCC quadragesimo quarto. Roverendissimus in Christo pater et dominus Bertrandus divina providentia tituli Sancti Marci presbiter cardinalis domini Pape legatus venit ex parte dicti domini Summi Pontificis ad dictum dominum Regem cui presentavit ex parte ipsius domini Pape quandam cartam bulle plumbee ipsius domini Pape pendenti in quadam reste canabi comunitam cujus tenor sequitur in hunc modum.

Clemens episcopus servus servorum Dei carissimo in Christo filio Petro Regi Aragonum Illustri. Salutem et apostolicam benedictionem. Fili carissime licet pro reformanda pace et concordia inter te et carissimum in Christo filium nostrum Jacobum Regem Majoricacarum illustrem quos pacis emulus zizanie seminator ab unitate se iunxit impenderimus nostra studia toto posse et venerabilem fratrem nostrum Armandum archiepiscopum Aquensem primo et deinde bone memorie Andream tituli Sancte Susanne ac ipso hujusmodi negocium prosequendo sublato de medio dilectum filium nostrum Bernardum tituli Sancti Ciriaci in Termis presbiteros cardinales et postmodum dictum archiepispiscopum iterato successive ad partes ipsos duxerimus destinandos ac eorum operacionis ministerium impediente satore discordie non fuerit sortitum effectum quia tamen sicut displicenter referimus et evidentia facti notoria hujusmodi discordia non diminuta set potius aucta videtur et durius aggravata nos volentes tot et tantis malis periculis et scandalis que premissa dissensio paritura minatur occurrere ne invalescant ulterius et fortius incalescant salubriter obviare presertim propter singularis et paterne dilectionis affectum quem ad te ipsumque Majoricarum Regem habuimus et habemus et vitanda dispendia que propterea tuis et ejusdem subditis ac toti reipublice provenerunt hactenus et disnoscuntur assidue provenire ac diligentius attendentes quam grandis ex tua et ipsius Regis Majoricarum unanimitate utilitas sequeretur non inten-

dimus ab inchoatis per nos desistere sed eis insistere nostrique officii debitum adimplere ut zizaniarum radices inter te et ipsum totaliter extirpentur fomes cujuslibet odii extingatur ab hostilibus huic inde cessetur insultibus et pacis integritas reformetur. Veruntamen quia ad hujusmodi nostrum exequendum desiderium non possemus sicut vellemus nostram personalem presentiam exhibere dilectum filium nostrum Bernardum tituli Sancti Marchi presbiterum cardinalem Apostolice Sedis nuntium virum utique laudande virtutis et in arduis experientie comprobate scientia et innata prudentia preditum cultorem justicie et pacis ac utriusque partis amicum et concordie zelatorem licet ejus presentia nobis et ecclesie generali necessaria nimium careamus inviti ad partes ipsas pro hujusmodi sedanda discordia nec non pace et concordia inter te et ipsum Majoricarum Regem actore domino reformandis providimus de fratruum nostrorum consilio tanquam pacis angelum destinandum ideo quia serenitatom tuam requirimus monemus et hortamur serenitatem per salvatoris nostri aspersionem preciosi sanguinis obsecrantes quatinus diligenter consideratis predicta et alia non facile numeranda dispendia que discordia ipsa pariter animum tuum ad pacis solide unitatem inter te et ipsum Regem Majoricarum summotis impedimentis quibuslibet actore domino reformandam sic habilites et coaptes quod inter te et ipsum cujuslibet odii et rancoris occasione sublata concordia desiderata proveniat communibus occuratur periculis et communibus utilitatibus consulatur et nichilominus

prefatum cardinalem ob nostram et apostolice sedis reverenciam et suorum meritorum excellentiam immo nos in ipso potius beningne recipiens ac debita honorificentia prosequens et pertractans ejus in premissis salubribus monitis et paternis exortationibus effectualiter acquiescas ac ea que tibi super hiis et nostra parte vive vocis ministerio suggeret credas indubie illaque sic devote suscipias et efficaciter exequaris quod nos tue bone intentiõnis propositum et devotionis sinceritatem erga nos et sedem eandem possimus per effectum operis dignis in domino laudibus commendare. Datum Avinione IIII idus maii Pontificatus nostri anno secundo.

Et nichilominus presentata carta predicta cardinalis predictus in presentia inclitorum dominorum infantum Petri Rippacurcie et Montanearum de Prades comitis patrui et Jacobi comitis Urgelli et vicecomitis Agerensis fratris dicti domini Regis et aliarum plurium personarum tam nobilium quam aliarum presente ipso domino Rege in quadam videlicet domo fustra quam ipse dominus Rex construi et erigi fecerat in obsidione pretacta proposuit ex parte dicti domini Summi Pontificis aliqua fundando et dirigendo suam intentionem et propositum ad pacem per plures istorias ac sacre pagine argumenta.

Quibus propositis per eundem dominum cardinalem et per ipsum dominum Regem et alios ibi presentes auditis et plenius intellectis idem dominus Rex con-

festim respondit ut sequitur in effectu. Quod exequtio quam ipse faciebat contra inclitum Jacobum de Majoricis vassallum suum sibi rebellem non erat nec potest dici guerra et per consequens non erat pax necessaria super eis licet idem dominus Rex ipsam executionem faceret debite atque juste prosequendò jus suum contra ipsum inclitum Jacobum eidem domino Regi contra justiciam et inique feuda et dominium denegantem ut superbia dicti incliti Jacobi conculcata inde subditis dicti domini Regis finalis pax et perpetua tranquillitas sequeretur sicut ad hec rationibus pluribus tenebatur.

Perfectis itaque per utrumque satis breviter dictis verbis cum ipsam domum fustram exivissent et ad tentorium regium accessissent fuit relatum ipsi domino Regi quod aliqui pauci clientes dicti sui exercitus inceperant expugnare et si possent capere quandam turrim situatam extra satis prope muros ravallis Coquiliberi gentibus incliti Jacobi de Majoricis stabilitam ita quod continuando bellum et expugnationem ipsius turris per dictos clientes et alios plures de dicto exercitu tam milites quam alios qui in dictorum clientem auxilium cucurrerunt sic fuerunt custodientes turrim predictam per illos de dictu exercitu cum armis et subito superati quod demum die predicta circa oram none turris ipsa per illos de dicto exercitu fuit capta. Et expulsis illis qui nomine dicti incliti Jacobi custodiebant eandem dictus dominus Rex fecit eam continuo stabiliri.

—

Postmodum die lune intitulata XI kalendas julii dicto anno quedam pars de dictu exercitu que stabat inter Cocumliberum et Portum Veneris cupiens quod ex quo per dictos clientes et alios de quibus supra fit mentio capta fuerat dicta turris per eos alia turris subsequens caperetur ex hoc ut dicebatur inducta iniciavit quandam aliam turrem constitutam satis prope ipsos et ecclesiam predicatorum Coquiliberi extra tamen muros dicti ravalis invadere et ita viriliter expugnare quod custodientes eandem pro inclito Jacobo antedicto se superatos denuo sentientes pacto previo quod per dictum dominum Regem reciperentur ad misericordiam ac mercedem restituerunt et tradiderunt turrim predictam dicto domino Regi qui eam continuo expulsis ab inde predictis custodibus ut premititur superatis fecit de gentibus dicti exercituş stabiliri.

Et hoc facto confestim tam illi qui capcioni proxime dicte turris fuerant quam alii de dicto exercitu qui captioni ipsius turris attingere nequiverunt cupientes eorum strenue propositum celeriter adimplere irruerunt sic impetuose adversus illos qui ad tuicionem dicte ecclesie et ravalis inferioris fuerant per dictum inclitum Jacobum de Majoricis ordinati quod potencia eos strenue debellantium superati admodum et devicti

ac dantes propere terga fuge derenlinquerunt primo dictam ecclesiam et postea dictum ravale sequitur omnes quotquot potuerunt incluserunt et posuerunt inter antigua menia dicte ville. Illi autem de dicta obsidione tam equites quam pedites ipsos continue et impetuose usque ad dicta antiqua menia insequentes et eorum terga lanceis lapidibus et sagitis percutientes ac telis ab exgugnatione hujusmodi non cessarunt donec ipsum ravale potenter et paciffice tenuerunt. Et statim dictus dominus Rex ordinavit nobilem Petrum dominum de Exericha in custodem et deffensorem dicti ravalis pro domino Rege antedicto.

—

Denuo die martis sequenti intitulata X kalendas julii anno pretacto Jacobus de Plano et Michael Rossilionis habitatores in alio ravali quod est versus Puigmusart cognoscentes justiciam dicti domini Regis se in ejus conspectu et presentia posuerunt sibique fecerunt et prestiterunt homagium ac juramentum fidelitatis in forma contenta in quodam publico instrumento facto ipsa die martis in posse Francisci Fuxi scriptoris et notarii antedicti recondito in Archivo regio supradicto.

Et nichilominus eadem die cum significatum fuisset memorato domino Regi per aliquem de dicta obsidione

quod habitatores et custodientes Cocumliberum volebant se sub certis conditionibus reddere ipsi domino Regi propterea idem dominus Rex qui jam ordinaverat quod dictum alterum ravale expugnaretur per gentes obsidionis jamdicte et quod si posset cum Dei auxilio caperetur malens cum eis beningue agere ut neces atroces vulnera gravia ac dampna varia que in bellis solent subsequi vitarentur misit ad dictam villam usque ad parietes ecclesie majoris dicte ville nobiles viros Petrum de Fonolleto vicecomitem Insule et Petrum de Montecatheno ammiratum nec non Philipum de Boyl Garciam de Loric et Guillermum Rubei milites ac Guillermum Adalberti burgensem Perpiniani ut per eos cum probis hominibus ipsius ville et custodientibus ipsam de compositione mota per ipsos probos homines et custodes ibidem tractaretur. Ita quod dictis nobilibus et militibus ac burgense sic stantibus clausis januis portalium extra muros. Et dictis probis hominibus ac custodibus intus villam et muros eosdem omnes ipsi ad invicem de ipsa compositione colloquium per foramina habuerunt.

Et cum dictus tractatus de mane perfici nequivissent dictis nobilibus et militibus ac brugense causa prandii reversis ad castra et facta de gestis per eos relatione dicto domino Regi. Postmodum sumpto prandio ora tarda ad tractatus initos perficiendos dicti nobiles et milites et cum eis venerabilis Arnaldus de Moraria vicecancellarius regius redierunt et demum cum non possent super dictis tractatibus concordare Ferrarius

Capmany Johannes Bugarre Ferrarius deç Gau Bernardus Durandi Berengarius Roqueta et Jacobus Boxeda habitatores dicte ville cum una barcha exierunt ipsam villam et simul cum dictis nobilibus qui eis ob viam exiverunt accesserunt ad ipsum dominum Regem in castris et exhibita sibi reverentia per eosdem ad mandatum dicti domini Regis et de voluntate ipsorum et in eorum presentia ac dictorum nobilium et plurium aliorum fuerunt lecta per dictum Franciscum Fuxi quedam capitula super dictis tractatibus ordinata. Et lectis capitalis antedictis idem dominus Rex fecit in eis responsiones quas servare et tenere ac non revocare juravit. Et quia predicti Ferrarius Capmany et alii de dicta villa qui ibi erant presentes fuerunt contenti de ipso domino Rege et de suis responsionibus antedictis factis in capitulis memoratis iidem Ferrarius Capmany et alii de quibus supra fit mentio fecerunt et prestiterunt confestim eidem domino Regi homagium et juramentum quod ipsi facerent et complerent ac fieri facerent et compleri per universitatem jam dicte ville Coquiliberi cum effectu contenta in capitulis sepefatis quibus perfectis ut superius continetur dictus Ferrarius Capmany cum dictis aliis recesserunt abinde et ad dictam villam protinus redierunt.

—

Preterea die mercurii subsequenti intitulata IX ka-

Noverint universi. Quod die mercurii intitulata pridie idus julii anno Domini Millessimo CCC quadragesimo quarto in castris prope Elnam frater Jacobus Dominici monachus monasterii Arularum et capitaneus sicut dixit castri de Riart in presentia Petri de Marces Blasii Eximini de Exeo et Arnaldi Roura et aliorum plurium testium ad hec spetialiter vocatorum ac mei notarii infrascripti fecit ac prestitit venerabili Philipo de Boyl procuratori domini Regis ad hec legittime constituto cum littera serenissimi domini Regis Aragonum de qua mihi notarii extitit facta fides recipienti nomine et vice dicti domini Regis homagium ore et manibus comendatum ac juramentum fidelitatis tactis per eum sacrosanctis quatuor Dei evangeliis sub fide cujus homagii et religionis juramenti promissit nominibus quibus supra eidem procuratori recipienti nomine dicti domini Regis tanquam comitis et domini Rossillionis quod ipse erit eidem domino Regi et successoribus suis bonus fidelis et legalis pro jure superioritatis seu generalis jurisdictionis et aliis debitis regaliis comitatus Rossilionis jamdicti et quod portabit eidem domino Regi et successoribus suis bonam et rectam ac legalem fidem in omnibus tanquam suo domino superiori et naturali. Pro quibus omnibus et singulis attendendis et complendis obligavit dicto procuratori recipienti nomine antedicto se et suos et omnia bona sua ubique habita et habenda.

Sig✠num mei Francisci Fuxi scriptoris dicti domini Regis et auctoritate regia notarii publicii per totam terram et dominationem ejusdem domini Regis. Qui predictis interfui eaque in hanc formam redigens requisitus scribi feci cum suppraposito in linea IX ubi dicitur et et clausi.

Dicta etiam die mercurii universitas civitatis Elne constituit suos sindicos et procuratores cum publico instrumento tenoris sequentis.

Noverint universi. Quod die et anno inferius annotatis Petrus Prats Guillermus Fabri Laurencius Catalani Franciscus Torra Petrus Floris Berengarius Pintore Bernardus Fabri Bernardus Bajuli Guillermus Blancardi Castilionus Simonis Jacobus Nicholai Petrus Savi Petrus Saure Bartholomeus Andrea Guillermus Quintane Bernardus Guillermi Gueraudus Guillermi Guillermus Caxas Guillermus Franch Bernardus Montagut Berengarius Seguerii Bartholomeus Poseles Bernardus Bevenquist Petrus Comitis Bernardus Abbatis Johannes Vitale Bartholomeus Masdamont Petrus Tuyla Julianus Lausa Johannes Monerii Guillermus Vitale Berengarius Quintane Bernardus Burdi Petrus Cabortz Guillermus Campeyls Bernardus Laurencii Johannes Vilarasa Bartholomeus Orla Raimundus Moncires Petrus Felicis Johannes Floras Petrus Trulars Bernardus Monerii Jacobus Boquerii Petrus Cidra Raimundus Masdamunt Bernardus Exerniti Bartholomeus Desquer Bartholomeus Raina Berengarius Galinerii Petrus Vitale Jacobus Roberti Bernardus Fabra Johannes Gue-

raudi Petrus Vitale Romeus Seguerii Guillermus Vilartoli Petrus Massot Raimundus Massoni Bernardus Ledoni Bernardus Campi Jacobus Rubei Raimundus Dosseya Thomas Anthoni Petrus Dossa Andreas Torreles Bernardus Sauleda Petrus Berardi Arnaldus Raimundi Petrus Portelli Raimundus Ordivelli Raimundus Galinerii Arnaldus Falva Petrus Comitis Bernardus Narbones Perpinianus Portell Jacobus Narbones Johannes Seguerii Guillermus Clerici Petrus Blanchardi Bernardus Blancardi Guillermus Mirii Bernardus Savayl Guillermus Thomas Johannes Exerniti Poncius Tholose Raimundus Vernaldi Guillermus Miralles Guillermus Mathei Arnaldus Boquerii Nicholaus Monerii Jacobus Reberti Jacobus Petri Petrus Masdamont Johannes Bedel Guillermus Spaderii Johannes Missoni Petrus Tayla Johannes Audegerii Petrus Turubi Bernardus Massoni Arnaldus Manybes Jacobus Tornerii Johannes Castilionis Guillermus Petri Raimundi Raimundus Ampeyria Petrus Torreles Bernardus Montscot Guillermus Blancart Johannes Vincencii Johannes Turgis Guillermus Tabortz Bernardus Vallispirii Jacobus Momardini Raimundus Demia Petrus Canerii Petrus Guodeti Bartholomeus Ginerii Anthonius Boleti Raimundus Ceste Bernardus Burgati Thomas Calcani Guillermus Pauta Johannes Turos Castilionus Tornerii Perpinianus Barssaloni Johannes Palavi Bernardus Dalmacii Petrus Torraci Bernardus Martini Petrus Malolli Johannes Qaintane Petrus Aulomarii Petrus Arnaldi Franciscus Fresch Jacobus Boquerii Bernardus Deus lo Sal Arnaldus Feytur P. Nathalis P. Patii

R. Martini G. Vilarasa Guillermus Vilarasa Guillermus Puçoli Petrus More Jacobus Masdamont Bartholomeus Celva Ferrarius Maynes Andreas Muntsoriu Andreas Tibioni Guillermus Guosamir Petrus Masdamunt Raimundus Volom Bernardus Pascalis Guillermus Freytur Guillermus Verdera Guillermus Coleyl Bernardus Porcelli Guillermus Fabri Jacobus Deus lo Sal Petrus Boshom Berengarius Costafreda Petrus Solani Guillermus Boscani Guillermus Roquerii Franciscus Seriyani Petrus Fontfreda Petrus Morera Franciscus Seguerii Michael Orla Petrus Morera Johannes Bells homs. Bartholomeus Costa Petrus Masdamont Bernardus Petri Bernardus Granat Stephanus Turges Franciscus Bianya Guillermus Astruch Berengarius Turgis Bernardus Steve Stephanus Turges Stephanus Fontfreda Raimundus Pug Petrus Exerniti Bernardus Fanguerii Bernardus Masdamunt Raimundus Galomir Bartholomeus Dalmacii Anthonius Corp Matheus Castilionis Bartholomeus Pauta Jaubertus Mauri Bernardus Gilaberti Thomas Deus lo Sal Bernardus Masdamont Franciscus Pini Amalricus Guillermi Petrus Audi Guillermus Ordinel Bernardus Avela Petrus Margariti Jacobus Margariti Arnaldus Vilarasa Bernardus Gurdo Arnaldus Tornerii Petrus Conilli Bernardus Castilionis Monerius Guillermus Ceraguci Guillermus Rayners Petrus Fontfreda Petrus Foix Bernardus Costa Petrus de Xortres Perpinianus Pons Petrus Martini junior Bartholomeus Speciayre Bernardus Rigau Jacobus Quirch Petrus Guillermi Guillermus Bertrandi Guillermus Clauses Bernardus Sardina Anthonius

Masdamont Guillermus Ginerii Arnaldus Bajuli Petrus Vesiat Guillermus Dones Petrus Rebesos Guillermus Sales Petrus Adela Jacobus Marques Bartholomeus Fasenerii Johannes Sebria Petrus Ermengaldi jurisperitus Petrus Devesa notarius Bernardus Canals Bernardus Boneti Johannes Pasteleti Bernardus Boscha Jacobus Agramont Guillermus Boleti Johannes Torreles Bertholomeus Barba Petrus Maseller Bernardus Riba Berengarius Figueres Petrus Rivi Berengarius Ginoerii Petrus Onrat Guillermus Rogerii Berengarius Michaelis Petrus Rog Bernardus Quinta Guillermus Garimel Bernardus Marques Bernardus Alissendis Petrus Lusent Bernardus Figueres Guillermus Bort Nicholaus Caboti Raimundus Sartre Guillermus Duran Malgures Seguerii Johannes Alverjent Guillermus Viaderii Arnaldus Costa Bernardus Vincencii Johannes Prats pelliperius Petrus Martini major dierum Arnaldus Royras Johannes Massellarii Petrus Ros Andreas Canaveles Petrus Canaveles Petrus Fusterii Guillermus Michaelis Guillermus Canals Perpinianus Felicis Bernardus Guillermi Fusterius Arnaldus Pagesii Guillermus Pacani Monerius Petrus Patavi major dierum Petrus Villalonga Petrus comitis quondam Petrus Mirii Petrus Flors ortolanus Petrus Avinionis Berengarius Vital scriptores Petrus Poncii Johannes Andree sutor Guillermus Capolerii Bernardus Mathei monerius Nicholaus Fusterii Arnaldus Fabri faber Petrus Stephani Raymundus Pauleti Petrus Raimundi Franciscus Alissendis Petrus Cabata Bartholomeus Augerii Berengarius Alissendis

Guillermus Barardi Bernardus Taularii Petrus Basta Bernardus Besoluni Natalis Ferrarii Guillermus Carcassona Guillermus Feraguti Laurencius Calcavi Perpinianus Ferrarii Guillermus Bach textor Petrus Gros Guillermus Tornerii Daladorius Guillermus de Putheo Bernardus Ginis Arnaldus Tornerii Bernardus Rochafort Guillermus Verdera Berengarius Michaelis Petrus Barravi Bernardus Rocalba Castilionus Yserni Raimundus Masada Jacobus Mamberti Berengarius Gasel Petrus Guillermi Petrus Puyolli bracerius Petrus Raimundi Pascale Petrus Patavi monerius Arnaldus Martini Arnaldus Guasch Anthonius Bedos Anthonius Canaveles Johannes Volona Matheus Barravi Bartholomeus Agulana Guillermus Marques Guillermus Costa monerius Castilioins Dossa Petrus Andree Raimundus Veurel Petrus Raimundi Salera Bartholomeus Fula Natalis Palacii Jacobus Fayç Arnaldus Verdera major dierum Arnaldus Verdera minor dierum Raimundus Jaumar Raimundus Roma Petrus de Lebur Jacobus Pauleti Thomas Cardone Johannes Dalmacii Berengarius Guillermi Guillermus Criveler Guillermus Maselleri Arnaldus Cerdoni Nomen de Gaguti Bartholomeus Calvari monerius Berengarius Gaucerandi Vesianus Elomerii sutor Raimundus Bosch Petrus Jauberti Petrus Calvari Bernardus Corsoni Petrus Armayach et Raimundus Spagol omnes cives Elnenses in claustro ecclesie Elne ad vocem preconis ut more est cum tuba universaliter per dictam civitatem factam pro infrascriptis negociis spetialiter congregati habito super hiis plenario maturo et deliberato consilio nomine eo-

rum propio et ceterorum hominum et civium dicte civitatis gratis et ex certa scientia fecerunt constituerunt et ordinarunt suos et dicte universitatis hominum et civium dicte civitatis Elne certos veros et indubitatos sindicos et procuratores spetiales Bernardum Avinionis Bernardum Poncii et Johannem Barrera cives et consules civitatis predicte videlicet ad faciendum pro ipsis et eorum nomine ac nomine dicte universitatis Elne illustrissimo et domino domino Petro Dei gratia Regi Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comitique Barchinone homagium ore et manibus comendatum ac sacramentum fidelitatis tanquam comiti et domino Rossilionis tactis per eos nomine ipsorum constituentium et dicte universitatis sacrosanctis quatuor Dei evangeliis et cruce Domini et fide ipsius homagii et religionis sacramenti promitendum dicto domino Regi quod ipsi constituentes et dicta universitas erunt ipsi domino Regi et successoribus suis boni et fideles pro jure superioritatis seu generalis jurisdictionis et aliis debitis regualiis comitatus predicti et quod ipsi constituentes et dicta universitas portabunt prefato domino Regi et successoribus suis bonam et rectam ac legalem fidem in omnibus tanquam domino superiori et naturali. Et pro predictis omnibus et singulis firmiter attendendis et complendis ipsos constituentes et dictam universitatem ac bona ipsorum constituentium et dicte universitatis ubique habita et habenda dicto domino Regi et successoribus suis obligandum et demum generaliter omnia alia faciendum et perficiendum circa predicta necessaria con-

decencia ac etiam opportuna et que veri et legittimi sindici et procuratores ad talia vel similia constituti facere possunt et debent et que ipsi constituentes et dicta universitas facerent et facere possent in predictis personaliter constituti dantes et concedentes dictis sindicis et procuratoribus eorum et dicte universitatis in et super predictis et quolibet premissorum plenam licenciam et liberam administrationem promitentes ipsos et dictam universitatem ratum gratum et firmum perpetuis temporibus habere quicquid per dictos sindicos et actores actum factum gestum vel alias quovis modo procuratum fuerit in premissis et nullo tempore revocare. Et volentes ipsos sindicos et procuratores eorum et dicte universitatis relevare ab omni onere satisdandi de judicato solvendo et ratihabitionem inde pro predictis fidejubendo promiserunt nomine eorum et dicte universitatis michi notario infrascripto nomine omnium illorum quorum interest intererit vel interesse poterit stipulanti et recipienti juditio sisti et judicatum solvi cum omnibus suis clausulis universis sub ypotheca et obligatione omnium bonorum suorum et dicte universitatis presentium et futurorum et sub omni renuntiatione juris quolibet necessaria pariterque cautela. Quod fuit actum et laudatum per omnes et singulos prenominatos nomine eorum et dicte universitatis die videlicet intitulata tertio idus julii anno incarnationis Domini Millesimo CCC quadragesimo quarto. Presentibus testibus venerabilibus et discretis viris Hugone de Fonolleto legum professore canonico Elnensi Querncio de Fraxer licenciato in legibus vicario

domini Elnensis episcopi Ferrario Petri Johannis officiali Elnensi domino Berengario Datssi monaco ejusdem ecclesie ad predicta spetialiter vocatis et me Bernardo Trularii notario Elne qui predictis omnibus et singulis dum sic agerentur interfui et ea recepi requisitus. Ego Berengarius Maybens clericus Elnensis hec scripsi. Ego Petrus Avinionis notarius publicus Elne auctoritate domini Elnensis episcopi hec scripsi publicavi et clausi et hoc Sig ✠ num feci.

Quiquidem sindici et procuratores rigore potestatis eis tradite in eodem publico instrumento fecerunt et prestiterunt dicto domino Regi juramentum et homagium infrascripta cum publico instrumento cujus tenor talis est.

Noverint universi. Quod die mercurii intitulata pridie idus julii circa horam vesperorum anno Domini Millesimo CCC quadragesimo quarto serenissimo ac magnifico principe et domino domno Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone et Rossilionis personaliter existente in castris prope civitatem Elne Bernardus Avinionis Bernardus Poncii et Johannes Barrera cives et consules ac sindici universitatis civitatis jumdicte cum publico instrumento acto III idus junii anno incarnationis Domini Millesimo CCC quadragesimo quarto in posse Petri Avinionis notarii publici Elne ad ea que inferius continentur in presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hec spetialiter vocatorum nomine

proprio et etiam nomine universitatis jamdicte fecerunt et prestiterunt eidem domino Regi tanquam comiti et domino Rossilionis homagium ore et manibus comendatum ac sacramentum fidelitatis tactis per eos sacrosanctis quatuor Dei evangeliis ac cruce Domini sub fide cujus homagii et religionis sacramenti promiserunt nominibus quibus supra eidem domino Regi quod ipsi et successores sui et dicta universitas et singulares ipsius et singulares ejusdem universitatis et singularium predictorum erunt ipsi domino Regi et successoribus suis boni fideles et legales pro jure superioritatis seu generalis juredictionis et aliis debitis regaliis comitatus predicti. Et quod portabunt eidem domino Regi et successoribus suis bonam et rectam ac legalem fidem in omnibus tanquam eorum domino superiori et naturali. Pro quibus omnibus et singulis attendendis et complendis obligarunt nominibus quibus supra prefato domino Regi se et suos et dictam universitatem et singulares ex ipsa et omnia bona sua et dicte universitatis et singularium predictorum ubique habita et habenda. Presentibus testibus inclito domino infante Jacobo fratre et generali procuratore ipsius domino Regis comite Urgelli et vicecomite Agerense nec non nobilibus Ademario de Mosseto Galcerando de Bellopodio majordomo Hugone de Fonolleto legum doctore canonico Elnense ac Carsi de Fraxe vicario Elnensis episcopi et Ferrario Petri Johannis officiali ejusdem Elnensis episcopi Arnaldo de Moraria vicecancellario consiliariis dicti domini Regis et Guillermo Alberti burgense Perpiniani et pluribus aliis

in magna multitudine congregatis.

Sig✠num mei Francisci Fuxi scriptoris dicti domini Regis et auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationom ejusdem. Qui predictis interfui eaque in hanc formam publicam redigens requisitus scribi feci cum raso et emendato in linea XI ubi legitur fidem in et clausi.

Et ibidem die predicta et eodem instanti Vincentius Jauberti Castilio Garsie Petrus Prats Guillermus Caner apothecarius cives Elnenses fecerunt et prestiterunt dicto domino Regi homagium et juramentum fidelitatis cum publico instrumento cujus tenor talis est.

Noverint universi. Quod die mercurii intitulata pridie idus julii anno Domini Millesimo CCC quadragesimo quarto serenissimo ac magnifico principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone et Rossilionis personaliter existente in castris apud Elnam Vincentius Jauberti Castilio Garsie Petrus de Pratis et Guillermus Canerii apothecarius cives Elnenses in presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hec spetialiter vocatorum fecerunt et prestiterunt ipsi domino Regi tanquam comiti et domino Rossilionis homagium ore et manibus comendatum ac sacramentum fidelitatis tactis per eos sacrosanctis quatuor Dei evangeliis ac cruce Domini sub fide cujus homagii et religionis sacramenti promiserunt ipsi domino Regi quod ipsi et successores sui et singuli ex

eisdem erunt eidem domino Regi et successoribus suis boni fideles et legales pro jure superioritatis seu generalis jurediccionis ac aliis debitis regaliis comitatus prefati et quod portabunt eidem domino Regi et successoribus suis bonam et rectam ac legalem fidem in omnibus tanquam ei domino superiori et naturali. Pro quibus omnibus et singulis attendendis et complendis obligarunt quilibet eorum prefecto domino Regi se et suos et omnia bona sua et cujuslibet eorundem ubique habita et habenda. Presentibus testibus inclito domino infante Jacobo fratre et generali procuratore ipsius domini Regis comite Urgelli et vicecomite Agérense nec non nobilibus Ademario de Mosseto Galcerando de Bellopodio majordomo Hugone de Fonolleto legum doctore canonico Elnense ac Carsi de Fraxe vicario Elnensis episcopi Arnaldo de Moraria vicecancellario consiliariis dicti domini Regis et Guillermo Abberti burgense Perpiniani et pluribus aliis in magna multitudine congregatis.

Sig✠num mei Francisci Fuxi scriptoris dicti domini Regis et auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem ejusdem. Qui predictis interfui eaque in hanc formam redigens requisitus scribi feci et cum suppraposito in linea III ubi legitur et clausi.

Et nichilominus dicta die mercurii idem dominus Rex constituit procuratorem suum nobilem Petrum de Melano capitaneum civitatis Elne ad recipiendum homagia et juramenta a singularibus personis civitatis

pretacte cui dicti singulares juramenta et homagia plurima prestiterunt.

Item cum jam ante per aliquos dies pro parte dicti incliti Jacobi de Majoricis Petrus Raimundi de Codaleto de villa Perpiniani ubi tunc dicebatur esse dictus inclitus Jacobus de Majoricis venisset clandestine ad nobilem Petrum dominum de Exerica et dictus nobilis propterea subsequenter ad ipsum inclitum Jacobum accessisset et cum eo tractatus aliquos habuisset super eo quod dictus inclitus Jacobus se volebat ponere in posse dicti domini Regis cum terris Rossilionis et Ceritanie Confluentis et Vallispirii dictusque inclitus Jacobus deliberasset quod idem tractatus ad effectum penitus ducerentur. Ideo dicta die mercurii ea causa dictus nobilis Petrus dominus de Exericha volens continuare predicta accessit iterum ad eundem inclitum Jacobum de Majoricis qui juxta exposita dicto domino Regi per nobilem antefatum cum rediit perseverabat in suo proposito jam tractato ut superius continetur.

Quibusquidem tractatibus ad invicem concordatis inter ipsum inclitum Jacobum et dictum nobilem Petrum dominum de Exericha idem nobilis Petrus rediit ad dictum dominum Regem refferens ei verbo quod inclitus Jacobus juxta conventa inter eos debebat venire personaliter coram ipso domino Rege et se et dictas terras suas in sua potestate ponere absolute.

—

Subsequenter die jovis intitulata idus julii anno prefato serenissimo domino Rege Aragonum antedicto existente personaliter in castris prope Elnam circa horam meridiey dictus inclitus Jacobus de Majoricis cum aliqua familia equitum et peditum venit equester armatus et se obtulit coram eo.

Qui cum descendisset de equo et se apropinquasset personaliter ad eundem osculatus fuit genutenus manum ipsius domini Regis dicto domino Rege invito ut omnes ibi presentes et hoc videre valentes poterant intueri quem statim dominus Rex coegit verbis dulcibus surgere et qui etiam demum stando sic pedes dixit ipsi domino Regi cum reverentia quasi capite inclinato verba sequentia in effectu.

Mon Senyor jo he errat ves vos mas nou he contra fe. Pero Senyor siu he nou cuyt haver feyt e siu he feyt senyor es per mon foll seny o per mal consell e vench ho esmenar devant vos que de la vostra casa so e vul vos servir per ço com tots temps vos he coralment amat et so cert que vos mon senyor havets molt amat mi e fets encara e vull vos fer tal servey queus ne tingats per be servit. E met en poder de vos senyor mi mateix e tota la terra soltament.

Quibus verbis dictis per ipsum inclitum Jacobum de Majoricis sepefatus dominus Rex respondit ei protinus in hiis verbis.

Si habets errat a nos es greu car sots de nostra casa pero errar e regonexer sa errada e esmenar es cosa humanal. Mas perseverar en aquella es malicia. E axi pus vos regonexets vostra errada nos vos haurem misericordia e merce de manera que totes les gents conexeran quens havem ves vos misericordiosament e graciosa. Vos empero metent en nostre poder soltament vos mateix e tota la terra per vigor de la exequcio.

Et continuo facta responsione predicta memoratus inclitus Jacobus de Majoricis juxta ordinationem factam per dictum dominum Regem super hoc accesit ad civitatem Elne quem associavit dictus nobilis Petrus ipso domino Rege remanente in castris cum prefato domino infante Jacobo fratre suo et pluribus aliis tam baronibus quam militibus ac aliis pluribus et diversis personis.

Eadem etiam die et quasi eodem instanti de mandato ipius domini Regis nobiles Filippus de Castre et Petrus de Montecatheno ammiratus accepto vexillo prefati domini Regis cum certo numero equitum et peditum accesserunt ad villam et castrum Perpiniani causa ponendi dictum vexillum regium in signum do-

minii in aliqua ex tribus dicti castri et ibidem remanendi donec ad ipsam villam et castrum Perpiniani idem dominus Rex personaliter se conferret.

Nichilominus et cum de mandato dicti domini Regis Dominicus Cetina de domo regia notarius publicus infrascriptus accessisset simul cum proxime dictis nobilibus ad castrum pretactum causa recipiendi ad manus regias omnes scripturas et alia facientia pro ipso domino Rege ratione processus justitie contra ipsum Inclitum Jacobum incoatum et ei etiam adherentes que essent intus castrum predictum et quod de omnibus et singulis que ibidem invenirent faceret publicum instrumentum. Ideo tenor publici instrumenti inde facti mandato ejusdem domini Regis fuit in presenti processu insertus qui sequitur in hunc modum.

Noverint universi. Quod die jovis intitulata idus julii anno Domini Millesimo CCC quadragesimo quarto. Serenissimus princeps et dominus dominus Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice et comes Barchinone videlicet in presentia venerabilis Johannis Ferdinandi Munionis legum doctoris et plurium aliorum in tenda dicti domini Regis existentium videlicet in castris prope civitatem Elne precepit dixit et mandavit ac etiam requisivit ut notario publico michi Dominico Çetina notario ac scriptori officii magistri rationalis curie dicti domini Regis quod cum inclitus Jacobus de Majoricis missus ac positus fuerit in posse et manu dicti domini Regis ego

simul cum nobilibus viris Philipo de Castro vexillario et Petro de Montecatheno ammirato dicti domini Reris incontinenti accederem personaliter ad castrum de Perpiniano et cum ingressus fuissem in eodem castro reciperem ad manus meas omnes scripturas et quecumque alia faciencia pro dicto domino Rege ratione processus justicie quem dictus dominus Rex faciebat contra dictum inclitum Jacobum de Majoricis et ejus adherentes que forent intus dictum castrum unde ego dictus Dominicus volens mandatum regium supradictum exequi in omnibus et complere dicta die jovis accessi personaliter simul cum predictis nobilibus vexillario et ammirato ad dictum castrum Perpiniani et cum ingressus fui in eodem incontinenti petii venerabili Bernardo de Podio auluto expensori dicti incliti Jacobi de Majoricis claves quarundam domorum que sunt intra dictum castrum que altera ipsarum vulgariter nuncupatur thesauraria et altera domus magistri rationalis. Et cum dictus Bernardus de Podio auluto recusaset michi dicto notario et scriptori tradere claves predictarum domorum aserens hoc facere non debere eo quia ibi erant tantum compota sui officii et non aliud ego vero dictus Dominicus nolens gravare dictum Bernardum de Podio auluto requisivi predictos nobiles vexillarium et ammiratum nec non venerabilem Raimundum de Villafrancha militem et alguatzirium dicti domini Regis quod predictas domus et clausuras eorundem sigillarent ad hoc ut nullus in easdem intrare posset quod incontinenti fuit factum. Et ipsis domibus sigillatis cum sigillo dicti Raimundi

de Villafrancha cum esset hora tarda non fuit aliud per me processum dicta die. Post hec vero die dominica intitulata septimo decimo kalendas augusti ego dictus Dominicus volens mandatum regium supradictum deduci ad effectum requisivi nobilem Galcerandum de Pulcro Podio militem majordomum dicti domini Regis ut faceret michi tradi per dictum Bernardum de Podio auluto claves domorum predictarum. Et incontinenti dictus majordomus precepit dicto Bernardo ut michi traderet claves predictas qui Bernardus incontinenti tradidit eas mihi. Et confestim ego dictus Dominicus simul cum dicto Bernardo de Podio auluto et cum Bernardo ejus filio et Petro Capcir scriptore et de familia dicti incliti Jacobi de Majoricis intravi in domibus supradictis et requisivi dictum Bernardum de Podio auluto ut aperiret coram me quasdam tecas et armaria que erant intus dictas domos que Bernardus respondit et dixit quod non habebat ad presens claves ipsorum sed perquireret eas et cum invenisset traderet eas michi. Post que cum alique dies essent elapse et dictus Bernardus de Podio auluto dilataret michi dicto domino tradere claves dictarum tecarum et armariorum ego dictus Dominicus ad requisitionem et instantiam venerabilium militum Philipi de Buyl et Garsie de Loriç consiliariorum prefati domini Regis nec non et vigore mandati per dictum dominum Regem mihi facti die videlicet dominica intitulata VIII kalendas augusti anno predicto in presentia venerabilium Johannis Ferdinandi Munionis legum doctoris Raimundi de Villafrancha militis et

Bernardi de Aquilione notarii et aliquorum aliorum de familia domini Regis testium ad hec spetialiter vocatorum. Nec non etiam in presentia dicti Bernardi de Podio auluto expensoris predicti et Bernardoni de Podio auluto eius filii et Petri Capcir scriptoris expensorie dicti incliti Jacobi de Maiorica aperui quedam armaria que erant infra dictas domos in altero quorum fuit repertum inter alia quoddam cabas sive senalla de palma quasi plena de motles fabricandi cudendi et faciendi monetas generum diversorum videlicet motles de torneses argenti sub nomine et impresione Philipi Regis francorum et sub nomine et impressione nominis dicti incliti Jacobi de Majorica et motles de scudats auri sub nomine et impresione nominis Philipi Regis francorum et sub nomine et impresione nominis dicti Jacobi de Majorica et motles de florenis auri sub nomine dicti Jacobi et motles monete Barchinone sub nomine et impresione dicti domini Regis Aragonum et motles in quo erat signum regale Aragonis et motles in quibus erat signum anticum Regis Aragonum videlicet in angulo clipei quedam crux. Et etiam multos alios motles diversarum monetarum quorum impressionem seu ymaginem scribere non curavi. Nec non fuerunt inventa in dicto cabaç o senalla instrumenta parva ferrea cum quibus predictos motles videbantur foduri nec non etiam unus martellus aptus ad cudendum monetam. Et incontinenti ego dictus notarius ad requisitionem predictorum militum videlicet Philipi de Buyl et Garsie de Loris interrogavi Bernardum de Podio auluto et Bernardum eius filium et Pe-

trum Capcir predictos que motles eran illi. Et ipsi dixerunt et responderunt quod dictus Jacobus de Maiorica diu est operatus fuit seu fecit operari et cudi cum predictis motles diversas monetas tam auri quam argenti in dicto castro Perpiniani. Et quod accederem cum eisdem ad locum ubi dicta moneta fabricabatur et cudebatur et quod ipsi ostenderent michi ad occulum si predicta vellem videre et quod fabricatio predictarum monetarum non erat nec fiebat absconse immo erat diu est omnibus manifesta. Et ego dictus Dominicus accessi personaliter cum dicto Petro Capçir ad quoddam valle quod est intra dictum castrum et ostendit michi dicto Dominico locum ubi dicta moneta fabricabatur et cudebatur. Et postquam ego dictus Dominicus stivi locum et introitum loci seu vallis predicti nolui eo tunc intrare in illo. Post hec die jovis intitulata pridie idus augusti anno predicto in presentia mei dicti notarii et dictorum venerabilium militum Philipi de Boyl et Garcie de Loris et aliorum testium ad hec spetialiter vocatorum fuit aperta et despanyata quedam techa parva de nogerio et fuit inventa intus dictam techam quedam moneta francesa que vulgariter nuncupatur maelloles et dicebatur quod valor illorum obolorum erat sex dinariorum pro quolibet obolo qui quidem oboli erant ad signum floris sub nomine Regis francorum nec non erant simul cum dictis obolis assays argenti ultra viginti et in quadam cedula papiri ubi dicti assays erant involuti simul cum dictis obolis erat scriptum nomen illorum quorum dicti assays et oboli erant vel quod per illos fue-

runt facti dicti oboli. Post hec vero cum dictus Bernardus de Podio auluto quadam die vellet extrahere a dicto castro Perpiniani quandam techam de nogerio ubi ipse Bernardus tenebat aliquas scripturas seu libros sui officii expensorie ego dictus Dominicus ut notarius predictus ad mandatnm et requisitionem dicti domini Regis et in presentia dictorum testium abstraxi a dicta techa et penes me retinui quendam sacum canapis ubi jam in principio vel prima vel secunda die qua ego dictus Dominicus intravi dictum castrum et domos fuit inventa seu reperta moneta falsa diversorum generum argenti plumbei et cupri videlicet Barchinone argenti falsos et tornesos petits falses et carlins falsos nec non et diversas alias monetas tam Barchinone minutorum et jaccensium quam etiam castellani. Et predictas monetas nec non et motles predictos et quecumque alia omnia supradicta ad mandatum et requisitionem dicti domini Regis Aragonis ego dictus Dominicus apportari feci ad civitatem Barchinone et ipsa reposui in archivo regio dicte civitatis ut de ipsis testimonium perpetuo valeat perhiberi. Et de predictis omnibus et singulis ad requisitionem et mandatum dicti domini Regis ego dictus Dominicus de Çetina notarius publicus feci presens publicum instrumentum ad eternam memoriam infuturum. Quod est actum diebus et locis et anno superius expressatis. Sig✠num Dominici de Cetina notarii publici per totam terram et dominationem magnifici domini Regis Aragonum qui predictis omnibus et singulis interfui et hec scribi feci et clausi diebus et anno superius notatis.

—

Postea die veneris intitulata XVII kalendas augusti anno predicto memoratus dominus Rex Aragonum recessit cum dictis exercitibus et castris predictis et accessit cum eis ad dictam villam Perpiniani et ingrediendo per eam ascendit dictum castrum Perpiniani in cuius ingressu non fuit sibi per aliquem resistentia aliqua prestita sed patientia per universum populum dicte ville.

—

In crastinum vero quo fuit dies sabbati probi homines dicte ville venientes ad presentiam dicti domini Regis in castro prefato sibi tanquam eorum domino naturali reverentiam debitam obtulerunt qua exhibita confestim mandavit eis quod suos sindicos ordinarent qui sibi homagium et juramentum fidelitatis facerent et prestarent.

Et continuo dicti probi homines nominarunt sibi certas personas quas ad eorum requisitionem idem dominus Rex confirmavit eis in consules dicte ville et duodecim in juratos. Et etiam fecit et constituit in ba-

julum dicte ville Guillermum Alberti burgensem Perpiniani. Et in locum tenentem comitatuum Rossilionis et Ceritanie Raimundum Totzoni militem. Et postea ordinavit provideri de aliis oficiis tam dicte ville quam aliarum villarum et locorum comitatuum Rossilionis et Ceritanie predictorum.

Subsequenter die lune intitulata XIIII kalendas augusti anno jamdicto universitas dicte ville Perpiniani ordinavit et constituit suos procuratores et sindicos cum publico instrumento cujus tenor hic insertus mandato dicti domini Regis sequitur in hec verba.

Pateat universis. Quod die et anno infrascriptis universitas ville Perpiniani congregata ad sonum et vocem tube et campane in ecclesia beati Johannis ville predicte prout est moris in presentia notarii et testium subscriptorum ad hec spetialiter vocatorum et rogatorum et ipsius singulares ad hec unanimiter absque contradictione alicujus concordantes gratis et spontanea voluntate et ex certa scientia auctoritate et decreto discreti Bernardi de Pinu judicis ordinarii curie bajuli dicte ville constituerunt et ordinarunt suos certos procuratores sindicos et actores venerabilem Guillermum Rubeus militem Bernardum Aybrini Burgensem et Petrum Natalis de dicta villa Perpiniani pre-

sentes et hanc procurationem sindicatum et actoriam recipientes et Petrum Grimaldi burgensem ville Perpiniani licet absentem et quemlibet ipsorum insolidum ita quod occupantis vel occupantium conditio melior non existat sed quod per unum vel plures inceptum fuerit per alium vel alios mediari prosequi valeat et finiri etiam si occupantem vel occupantes infirmitate vel alio impedimento legitimo contingat minime detineri ad comparendum coram excellentissimo et potentissimo principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone vice nomine et pro parte dicte universitatis et singularium ejusdem. Et ad prestandum eidem domino Regi tanquam vero et naturali domino ipsius universitaits et ejusdem singularium vice nomine et pro parte quibus supra homagium ore et manibus comendatum et fidelitatis juramentum tactis eorum manibus sacrosanctis quatuor Dei evangeliis sub fide cujus homagii et religionis juramenti promitant eidem domino Regi quod universitas predicta et singulares ejusdem erunt eidem domino Regi contra omnem hominem mundi boni fideles et legales homines et subjecti et portabunt eidem domino Regi bonam rectam sinceram et legalem fidem sicuti fideles homines et subjecti debent et tenentur portare suo domino naturali. Et etiam ad omnia alia faciendum in et super predictis et dependentibus seu emergentibus ex eisdem et quolibet eorundem que necessaria utilia vel opportuna fuerint vel etiam que eidem domino Regi placebunt dictam universitatem et

singulares ex ea facere in premissis etiam si mandatum exhigant spetiale et si sint majora superius expressatis. Concedentes eisdem et eorum cuilibet super premissis omnibus et singulis liberam administracionem cum plenissima facultate. Volentes et expresse consentientes dicta universitas et ipsius singulares quod quicquid per dictos sindicos procuratores vel actores vel eorum quemlibet actum gestum vel procuratum fuerit sit ita validum et firmum perpetuo et quod inde habeatur ac si a dicta universitate et singularibus ejusdem et eorum quolibet personaliter esset factum. Quoniam dicta universitas promisit firma et solemni stipulatione in posse et manu dicti notarii stipulantis et exigentis nomine domini Regis et aliorum omnium quorum interest vel interese poterit vel debebit habere ratum gratum et firmum quicquid super premissis omnibus et singulis per dictos procuratores sindicos vel actores et eorum quemlibet actum gestum fuerit seu etiam procuratum. Et pro predictis omnibus et singulis attendendis firmiter et complendis dicta universitas et singulares ejusdem obligarunt se et bona ipsius universitatis et singularium ejusdem et cujuslibet eorundem presentia et futura. Quibus siquidem procurationi sindicatui et actorie legitime actis dictus dominus Bernardus de Pinu judex ordinarius dicte curie bajuli Perpiniani in omnibus premissis presens causa cognita auctoritatem suam judicialem interposuit et decretum. Quod est actum Perpiniani loco predicto quarto decimo kalendas augusti anno Domni Millessimo CCC quadragesimo quarto in presentia et tes-

timonio nobilis Petri de Fonolleto Dei gratia vicecomitis Insule venerabilium Thome de Marçiano militis Raimundi Martini Guillermi de Codaleto Johannis de Aldiarde burgensium Guillermi Eres Guillermi Boneti Petri Rusqueti mercatorum Perpiniani Johannis Mathei Johannis Imbaut Jacobi Francisci et Petri Fontis presbiterorum Elnensis diocesis et Francisci Ferrarii de Perpiniano notarii qui hec requisitus recepit. Post hec autem tercio decimo kalendas augusti anno predicto dictus Petrus Grimaldi premissis omnibus coram eo lectis dictam procurationem sindicatum et actoriam gratis in se suscepit. Quod fuit actum in presentia et testimonio nobilium Petri de Fonolleto Dei gratia vicecomitis de Caneto Ademarii de Mosseto domini vallis de Mosseto et jamdicti Francisci Ferrarii qui hec requisitus recepit cujus vice et mandato ego Guillermus Carbonils hec scripsi. Ego Franciscus Ferrarii memoratus auctoritate illustrissimi domini Regis Aragonum notarius publicus ubique terrarum sue dominationi subjectarum subscripsi et hoc Sig✠num feci.

—

Postmodum die mercurii intitulata XII kalendas augusti anno pretacto sindici infrascripti comparuerunt coram dicto domino Rege et exhiberunt ei instrumentum sindicatus predictum et vigore potestatis eis tra-

dite in eodem fecerunt et prestiterunt ipsi domino Regi homagium et juramentum subscriptorum cum publico instrumento cujus tenor hic insertus mandato dicti domini Regis talis est.

Noverint universi. Quod die mercurii intitulata duodecimo kalendas augusti anno Domini Millessimo trecentesimo quadragesimo quarto. Serenissimo ac magnifico principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone et Rossilionis existente personaliter in quadam camera castri Perpiniani Guillermus Rubei miles Bernardus Aybrini burgensis Petrus Nathalis et Petrus Grimaldi burgensis ville Perpiniani procuratores sindici et actores per universitatem dicte ville Perpiniani constituti legitime cum publico instrumento acto Perpiniani quartodecimo kalendas augusti anno predicto per Franciscum Ferrarii notarium ad ea que inferius continentur in presentia notarii et testium subscriptorum ad hec spetialiter vocatorum proprio nomine ipsorum et totius universitatis predicte et singularium ex ipsis et successorum suorum fecerunt et prestiterunt ipsi domino Regi homagium ore et manibus ac sacramentum fidelitatis tactis per eos sacrosanctis quatuor Dei evangeliis et cruce Domini. Sub fide cujus homagii et religionis sacramenti promiserunt nominibus supradictis eidem domino Regi quod ipsi et dicta universitas et singulares ejusdem et eorum successores erunt ipsi domino Regi et successoribus suis ut domino et comiti Rossilionis et Cerita-

nie contra omnem hominem mundi boni fideles ligii et legales homines et subjecti. Et quod portabunt eidem domino Regi et dictis successoribus suis bonam et rectam ac legalem fidem. Quodque facient et complebunt omnia alia que ad fidelitatem pertineant prout fideles homines et subjecti debent et tenentur portare ac facere eorum domino naturali. Pro quibus omnibus et singulis supradictis attendendis et complendis iidem procuratores sindici et actores nominibus quibus supra obligarunt mèmorato domino Regi se ipsos et successores ipsorum ad dictam universitatem et singulares ex ea et successores dicte universitatis et singularium ejusdem et etiam omnia bona sua et dicte universitatis et singularium eorundem. Presentibus nobilibus Petro de Fonolleto vicecomite de Insula et Ademario de Mosseto ac Arnaldo de Moraria vicecancellario Johanne Ferdinandi Munionis et Roderico Didaci legum doctoribus consiliariis dicti domini Regis et pluribus aliis ad hec pro testibus spetialiter evocatis. Sig✠num Francisci Fuxi scriptoris dicti domini Regis et auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem ejusdem qui predictis interfui eaque in hanc publicam formam redigens requisitus scribi feci et clausi.

—

Deinde die jovis sequenti in medietate intitulata XI

kalendas augusti anni ejusdem predictus dominus Rex ordinavit et constituit procuratorem suum ad ea que inferius continentur Berengarium Çatrilla cum littera sigillo secreto sigillata cujus tenor hic insertus mandato dicti domini Regis talis est.

Nos En Pere per la gracia de Deu Rey Darago de Valencia de Mallorca de Sardenya e de Corcega e comte de Barchinona e de Rossello. Per la present fem e ordenam cert e special procurador nostre vos En Berenguer Çatria a reebre per nos e en nom nostre lo castell e loch de Castellnou e a reebre per nos e en nom nostre homenatge e sagrament de feeltat dels homens del dit castell e loch e del terme daquell e a fer a totes altres coses tocants los dits afers e que a aquells sien obs e necessaris. Dada en lo castell de Perpenya sots nostre segell secret a XXII dies de juliol en lany de MCCCXLIIII. A. vicecancellarius.

Constituit etiam procuratorem suum dictus dominus Rex Guillermum Alionis ad ea que inferius continentur cum alia littera regia cujus tenor hic insertus mandato dicti domini Regis sequitur in hiis verbis.

Nos En Pere per la gracia de Deu Rey Darago de Valencia de Mallorca de Sardenya e de Corcega e comte de Barchinona e de Rossello. Per la present fem e ordenam cert e special procurador nostre vos En Guiem Alio a reebre en nom nostre lo castell e loch

de Cortsavi e reebre homenatge e sagrament de feeltat dels homens del dit castell e loch e terme daquell en persona e nom nostre e daqui fer fer carta o cartes publiques e a fer totes altres coses tocants los dits affers e que a aquells sien obs e necessaris. Dada en lo castell de Perpenya sots nostre segell secret a XXII dies de juliol en lany de MCCCXLIIII. A. vicecancellarius.

—

Eadem die jovis prefatus dominus Rex existens personaliter in ecclesia sancti Johannis Perpiniani fecit publicari per Raimundum Sicardi ejus secretarium et scriptorem ac notarium publicum coram magna multitudine populi dicte ville Perpiniani unionem que fuit jam in Majoricis publicata per eundem R. Sicardi in forma sequenti.

In Dei nomine et ejus divina gratia. Pateat universis. Quod die dominica intitulata decimo kalendas julii anno Domini MCCC quadragesimo tertio circa horam terciarum in ecclesia kathedrali beate Marie Sedis Majorice serenissimus dominus Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comesque Barchinone mandavit publicari et legi preinsertum privilegium unionis cujus series sic se habet. In nomine Domini nostri Jhesu-Christi et gloriosissi-

me Virginis Marie matris ejus Amen. Pateat universis. Quod cum nos Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Majoricarum Sardinie et Corsice comesque Barchinone ad curiam generalem quam nunc in civitate Valencie celebramus incolis Valencie regni pro bono statu ejusdem convocaverimus vos inclitos infantes Petrum Rippacurcie et montanearum de Prades comitem patruum Jacobum comitem et vicecomitem Agerensem fratrem et Raimundum Berengarii comitem Impuriarum patruum nostros carissimos nec non prelatos barones milites et universitates civitatis et villarum regalium regni Valencie. Et si a vobis seu vestris procuratoribus et sindicis in ipsa generali curia congregatis petierimus consilium et auxilium nobis dari super processu per nos faciendo magnifice et potenter contra Majorice Regem vassallos et subditos suos et terras ipsum in sua rebellione iuvantes occasione denegationis firme juris ac feudorum que pro nobis et aliis rationibus sive cáusis vosque scilicet Jacobus Castellani miles et Benavenus de Benviure procuratores dicti infantis Petri Berengarius Gomir procurator infantis Jacobi antedicti Guilabertus de Nogerià miles procurator infantis Raimundi Berengarii memorati ac Jacobus de Arteriis procurator nobilis Johannis Eximini Durrea cujus est locus de Canalibus Johannes de Pertusia procurator nobilis Elfi de Proxida Franciscus Mir procurator nobilis Francisci Carrocii nobiles Gondisalbus Eximini de Arenosio Galcerandus de Bellopodio Johannes Eximini Durrea cujus est locus de Alcalaten et Berengarius de Podio procu-

rator nobilis Guillermi Raimundi de Montecatheno Gondiçalbus Garsie Philipus de Boyl Jacobus Castellani Guilabertus de Nogaria Rodericus Dadaci legum doctor Guillermus de Jafero legum doctor Petrus de Villanova Galcerandus de Tous et Raimundus de Tous milites et generosi Johannes de Cervato Geraldus de Fonte Jacobus de Celina Bernardus Sunyerii et Bernardus Camos jurati nec non Jacobus Scribe Petrus Columbi miles Berengarius Dalmacii Guillermus Mir Matheus Lentol Petrus de Populeto Bernardus Gomir Januarius Rabacie licentiatus in legibus Guillermus de Maiencosa Benavenus de Benviure Bernardus Comitis Arnaldus Rotundi Guillermus Despigol Jacobus Calbo Johannes de Solanis Michael Martorelli Berengarius de Podio Raimundus Carreres et Gregorius Simonis sindici et procuratores civitatis Valencie Peregrinus de Castellario jurisperitus Petrus Davidis sindici et procuratores ville Xative Bartholinus Cirera sindicus et procurator ville Morelle Thomas de Canemasio et Guillermus de Busquets sindici et procuratores ville Algetzire Bernardus de Villanova et Ferrarius Columbarii sindici et procuratores ville Burriane Nicholaus Guillermi sindicus et procurator ville de Alpent Franciscus Gilou sindicus et procurator ville Cullarie ad premissa et subscripta spetialia mandata et plenariam facultatem habentes cum publicis instrumentis de quibus fecistis in posse subscripti scriptoris nostri et notarii plenam fidem prehabitis super infrascriptis omnibus per nos et vos cum nostro consilio variis et multiplicibus tractatibus deliberationibus et consiliis

prout tam ardui negocii conditio requirebat ac viso et diligenter examinato privilegio unionis per nos facte in civitate Barchinone de regno Majoricarum et insulis ei adjacentibus nec non de terris cismarinis quod et quas idem Rex Majorice pro nobis in feudum tenebat et nunc de facto obtinet ad regna Aragonum et Valencie ac comitatu Barchinone et Cathalonie sub certis capitulis prout in dicto privilegio latino continetur cujus tenor sequitur in hunc modum. In nomine sancte et individue Trinitatis patris et filii et spiritus sancti Amen. Pateat universis. Quod die et anno subscriptis cum serenissimus et magnificus princeps ac dominus dominus Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comesque Barchinone convocasset sindicos universitatum civitatum et villarum regalium Cathalonie ut in civitate Barchinone coram sue majestatis presentia comparerent consilium sibi et auxilium prestituri super exequtione seu processu faciendo viriliter et potenter contra Majorice Regem suosque subditos atque terras occasione denegationis firme juris et feudorum que pro dicto domino Aragonum Rege tenet aliisque de causis memorati sindici videlicet Guillermus Nagera Arnaldus Dusay Franciscus de Podio decretorum doctor Petrus de Palacio licentiatus in legibus Franciscus Grunni Bernardus de Marimundo Franciscus de Sancto Clemente Jacobus de Olzeto et Michel Roure Barchinone Raimundus Generii et Petrus Dez Pens junior licentiatus in legibus Ilerde Raimundus de Cigario et Berengarius de Riaria Gerunde Petrus Bernardi et Guillermus de

Monteconillo Minorise Andreas Barrati et Galcerandus de Podio Bacone Vici Bernardus et Monserratus Cardone Cervarie Berengarius Marques et Bernardus Pellicer Villefranche Laurentius dez Caus et Raimundus Mayol Montisalbi Guillermus de Segarra et Bertrandus Ollarii Tarege Arnaldus de Conominis et Petrus dez Graner Berge Geraldus de Argimon Bisulduni Petrus de Camperiol et Bernardus de Valleabriga Campirotundi Arbertus de Curtibus et Bernardus Coaner Apiarie Bartholomeus Terto de Arbutio Guillermus de Oteyone Aqualate Jacobus Cerdani de Cambrils Franciscus Porcelli Calidarum de Montebovino habentes ad premissa et subscripta mandata spetialia et plenariam facultatem cum instrumentis publicis de quibus fecerunt in posse subscripti notarii promptam fidem habitis super infrascriptis omnibus per eosdem sindicos cum prefato domino Rege et ejus consilio diversis colloquiis tractatibus et deliberationibus ac consiliis ut presentis negocii qualitas et quantitas exigebat eidem domino Regi sub inserta capitula humiliter obtulerunt quorum series sic se habet. In nomine patris et filii et spiritus sancti Amen. Hec sunt capitula que videntur firmanda fienda tenenda et observanda et juramento vallanda per serenissimum dominum nostrum Regem Aragonum et per quoslibet ejus universales successores in eorum novo dominio renovanda. Primo quod idem dominus Rex Aragonum prosequatur quantum cum justicia poterit et ad manum suam realiter et de facto occupet et apprehendat et ad efectum deducat jura competentia sibi

et suis in regno Majoricarum et in insula et civitate Majorice et in insulis Minorice et Evice et in insulis aliis eisdem adjacentibus et locis in eisdem Regno et insulis situatis. Et in Rossilione et aliis locis in Cathalonia constitutis. Et ad ipsa et singula eorum que omnia ab ipsius domini Regis predecessoribus et pro quibus fecit predecessoribus ejusdem domini Regis et eidem domino Regi homagium adquisita eidem domino Regi in pertinentia ac atquirenda et competitura ex denegatione firme juris et feudorum et ex aliis causis in processu super hiis habito contentis et alias et ex procedendis et fiendis quocumque tempore in futurum. Item quod dicta jura seu eorum aliquid nullatenus renunciet nec etiam remitat donec nec cedat vendat permutet vel quovis alio modo alienet imperpetuum vel ad tempus longum vel breve neque concedere in feudum precario emphicteoticario vel libellario vel alio quovis modo seu titulo eidem Regi Majorice nec filio nec filiis eis natis nec nacituris nec alii vel aliis quibusvis personis extraneis vel privatis etiam ratione pacis et concordie si inter eosdem tractaretur fieret vel firmaretur nec ex alia quavis causa ad alicuis vel aliquorum quorumvis supplicationem postulationem nec etiam motu proprio nec aliter modo aliquo sive causa inter vivos nec in ultima voluntate nec alias. Cum videlicet idem dominus Rex dicta loca feudalia in totum vel partem simul vel successive possideat potenter et corporaliter de hiis videlicet que possidebit. Et si antequam possessio realis predictorum vel aliquorum ex eis ad dominum Regem pervenerit tractaretur com-

positio transactio avinentia arbitratio vel aliqua pactio de predictis que dominus Rex realiter non possideret quod id fieri non possit nisi de et cum consensu universitatum predictarum. Et etiam restitutis primo satisfactis et emendatis omnibus et singulis sumptibus et expensis factis et sustentis per universitates predictas usque in diem quo ipsa avinentia compositio transactio seu arbitratio firmaretur. Item quod idem dominus Rex incontinenti per suum privilegium juratum predictum Regnum civitatem et insulam Majorice et insulas Evice et Minorice et alias insulas eis abiacentes et alia loca que in Cathalonia idem Rex Majorice et sui predecessores pro domino Rege tenebant et etiam consueverant tenere in feudum et que nunc de facto idem Rex Majorice detinet et etiam omnia jura qualitercumque competentia et competitura in eis eidem domino Regi uniat indissolubiliter Regnis Aragonum Valencie Cathalonie et comitatui Barchinone. Et quod predicta regnum civitas insule Majorice et loca aliquo tempore non dividantur nec alienentur nec possint dividi vel alienari imperpetuum vel ad tempus nec dari ad feudum nec ad proprietatem vel possessionem per venditionem vel cambium per absolutionem etiam precario vel aliter inter vivos vel ultima voluntate nec per filium vel filiam nec per alios decendentes vel etiam collaterales vel alios unum vel plures cujuscumque numeri sint vel fuerint nec per arbitrum nec per transactionem seu aliam quamvis compositionem nec per aliquam aliam rationem que dici vel nominari seu excogitari possit tunc vel in futurum

a dominatione Cathalonie et dictorum regnorum Aragonum et Valencie sub forma tamen et tenore capituli proxime precedentis. Item quod idem dominus Rex promitat per se et omnes heredes et successores suos presentes et futuros quod nec ipse dominus Rex nec ipsi heredes vel successores sui divident vel separabunt vel dividi seu separari facient aut permitent predicta vel aliquid de predictis in totum vel in partem a dictis Regnis Aragonum et Valencie et comitatu Barchinone. Item quod idem dominus Rex promitat quod dictum Regnum Majorice et alia omnia supradicta sint in simul et conjuncta dictis regnis Aragonum et Valencie et comitatui Barchinone sine medio et sine aliquo intervallo sic scilicet quod aliqua persona non possit predicta vel aliqua predictorum in totum vel in partem pro ipso domino Rege vel heredibus seu successoribus suis tenere in feudum onoratum vel aliud vel alio modo. Immo idem dominus Rex Aragonum et omnes ejus heredes et successores universales in dictis Regnis Aragonum et Valencie et comitatu Barchinone imperpetuum teneant corporaliter et in suo pleno et indisolubili dominio et proprietate sibi ipsis predicta et singula predictorum. Item quod idem dominus Rex in terris Rossilionis Ceritanie et aliis cismarinis predictis servet et faciat servari incontinenti tum et prout ab ejus posse comuniter vel singulariter realiter pervenerint usaticos Barchinone et consuetudines Cathalonie generales editas et edendas et etiam in dicto Regno Majorice cum insulis ei adjacentibus si tamen placebit dicto domino Regi et hominibus dic-

torum Regni et locorum et quod de hoc capitulo et duobus proxime sub sequentibus fiat instrumentum ad partem. Item quod temporibus quibus curia generalis per dominum Regem vel ejus successores indicetur cathalanis seu in Cathalonia celebrabitur votentur per dictum dominum Regem et suos successores universitas civitatis Majorice pro civitate et Regno Majorice et aliis insulis predictis et eidem regno adjacentibus si tamen dicto domino Regi et hominibus degentibus in dictis insulis id placebit. Et universitates etiam aliorum locorum insignium de predicto feudo in Cathalonia constitutorum pro dicta generali curia tenenda et ad eam eorum sindici admitantur et sicut et quando alie universitates locorum regiorum Cathalonie et eorum sindici vocari et admiti consueverunt cum videlicet et prout ad ejus posse comuniter vel singulariter predicta realiter pervenerint. Item quod etiam in casu predicto utpote prelati richi homines et milites ad dictas curias advocentur juxta morem curiarum. Item quod incliti infantes Jacobus Petrus et Raimundus Berengarii per se et successores suos et aliqui barones et universitates locorum Cathalonie regiorum que ad curias generales vocari consueverunt seu earum sindici consenciant laudent et approbent dictum privilegium et contenta in eo supra et infrascripta. Item quod idem faciant universitates locorum regiorum Aragonum et Valencie seu earum sindici que ad curias generales vocari in dictis regnis consueverunt. Item quod si contingeret casus quod absit quod idem dominus Rex vel sui successores vellent

dictam unionem quomodolibet violare et contra eam facere venire seu eam non tenere et observare ut superius continetur quod dicti incliti infantes et universitates predicte et eorum singuli non teneantur nec possint dictum dominum Regem vel ejus successores in aliquo adjuvare in predictis vel circa ea nec ejus preceptis quo ad ea in aliquo obedire. Et quod hoc jurent. Item quod eodem casu dicti incliti infantes et singuli ipsorum cum eorum submissis successoribus et vassallis et valitoribus et dicte universitates et singulares earum possint dictum regnum Majorice et insulas predictas et alia loca predicta cismarina et habitatores omnium ipsorum locorum ultra et cismarinorum presentes et futuros et eorum singulos defendere cum armis et sine armis adversus predicta. Item quod eodem casu idem dominus Rex nunc pro tunc absolvat et pro absolutis habeat quo ad proxime dicta duo capitula dictos inclitos infantes et suos successores barones et milites et quemlibet eorum et subditos vassallos et valitores ipsorum ac universitates locorum regiorum Cathalonie Aragonum Valencie predictorum et qualibet earum et singulares earum et etiam habitatores dictorum regni Majorice civitatis et insularum predictarum et aliorum locorum cismarinorum predictorum que ut premititur nunc in feudum tenentur ab omni homagio et sacramento naturalitate et fidelitate quibus sibi teneatur seu sint astricti ratione dominii vel feudorum vel cavalleriarum vel informationum vel aliter sic quod eis non obstantibus defensionem tam comuniter quam divisim possint facere supradictam.

Item quod eodem casu dicti incliti infantes et sui successores barones et milites et universitates et singulares earum possint pro defensione predicta si eis videbitur consilium et consilia tam generalia quam spetialia tociens quociens et ubi voluerint congregare et tenere ac celebrare et impositiones proinde fiendas levare seu levari facere per tallias et questias vel alias exactiones quas ei de licentia domini Regis ex nunc concessa liceat imponere et colligere quando et quociens et prout eis videbitur et quod dominus Rex per se et successores suos vel eorum oficiales de hiis nullatenus se possit intromitere in exigendo compotum seu rationem et ab ipsis universitatibus nec etiam ab hiis qui hujusmodi tallias vel collectas vel alias exactiones imposuerint seu levaverint seu acordaverint seu pecunias inde provenientes inde tenuerint vel expenderint. Et exercitus et cavalcatas et armatas facere tam per terram quam per mare. Et quod ea que dicti exercitus cavalcate et armate ceperint vel occupaverint efficiantur bona propria universitatum ipsos exercitus cavalcatas vel armatas fatientium seu que ea fecerint nec dominus Rex nec sui successores per se vel per suos oficiales de hiis se possint intromitere ullo modo nisi ab ipsis universitatibus super hoc fuerint requisiti. Et capitaneum seu capitaneos et alios omnes oficiales tam juredictione exercentes quam alios eligere et in armatis exercitibus et cavalcatis ipsos mitere et ponere et eosdem inde removere et alios eligere et ponere quando et quotiens velent et quod ex nunc dominus Rex dictis capitaneis et oficialibus concedat potestatem et

juredictionem omnimodam exercendi in ipsis armatis exercitibus et cavalcatis et personis earum et aliis prout aliis armatis et exercitibus et cavalcatis concedi est solitum ac etiam usitatum. Et alias prestare possint dictis habitatoribus regno insulis et locis et habitatoribus predictis et singulis ipsorum super predictis auxilium consilium et favorem absque metu et impedimento aliquibus domini Regis et ejus primogeniti procuratoris generalis et aliorum oficialium regiorum quicumque pro tempore fuerint. Quibus quo ad hec non teneantur modo quolibet obedire. Quinimo in hiis absque alicujus pene incursu possint aut valeant resistere si eos in premissis quomodolibet impedirent etiam si de facto. Item quod si contingeret quod Rex Majorice vel aliquis ejus filius vel quevis alia persona super predictis justiciam sibi fieri postularet et diceret sibi vel alii cujus nomine hoc peteret jus competere in predictis regno civitate insulis et aliis locis que fuerunt de feudo predicto vel aliqua eorum parte vel vellet impugnare unionem predictam quod eo casu dominus Rex vel sui successores non possent compromitere super hiis nec alias transigere seu pacisci modo aliquo ut superius continetur sub forma tamen et tenore secundi capituli superius inserti. Item quod si contingeret casus quod in causa vel causis super hiis movenda vel movendas dominus Rex judicem vel judices assignaret ut predicitur idem judex vel judices non possent vel possint procedere in causa vel causis premissis vel aliqua earum nisi prius vocatis et legitime citatis dictis inclitis infantibus seu eorum succes-

soribus et universitatibus dictorum locorum regiorum Cathalonie et Regnorum Aragonum Valencie et Majorice que ut premititur ad generales curie sunt vocande. Item quod dicti judex vel judices in premissis habeant procedere jure ordine penitus observato cum alias posset veritas et jus partium faciliter obfuscari si tanta negotia absqué jure examine et ordine tractarentur. Item quod si aliquo casu contingeret quod dominus Rex vel sui successores pro predictis vel aliquo predictorum citarentur de facto cum de jure id fieri non posse cum idem dominus Rex in tota sua monarchia ius habeat imperii et in temporalibus nisi Deum superiorem aliquem non agnoscat per quamcumque personam de mundo cujusvis preeminentie seu dignitatis quod idem dominus Rex teneretur notificare incontinenti congruo tempore et termino dictam citationem seu monitionem si fieret dictis inclitis infantibus baronibus et universitatibus Cathalonie supradictis. Quiquidem omnes comuniter vel divisim possent se predictis citationibus seu monitionibus et processibus inde quomodolibet faciendis opponere et jus regium et eorum interesse deffendere cum domino Rege vel sine eo et etiam ejus nomine prout eis comuniter vel divisim ut prefertur ex predictis videretur. Nec possent aliquo casu vel modo a vel in predictis per dominum Regem vel ejus preceptum vel quamvis aliam personam quomodolibet impediri vel cohiberi. Quinimo idem dominus Rex ad supplicationem omnium predictorum vel partis ipsorum teneantur eo casu procuratorem seu procuratores substitue-

re cum plenissima facultate que jura regia nomine domini Regis predicti defendant diligenter et caute. Et dictos procuratores non posset sine voluntate omnium predictorum revocare. Quiquidem procuratores ad informationem et requisitionem predictorum omnium vel partis eorum et presertim dictarum universitatum vel cujuslibet eorundem teneantur dicta jura regia et interesse prenominatorum prosequi in juditio et extra defendere et tueri et ea que incumbant agere in negotio supradicto. Item quod si in proximo dicto casu dicti infantes vel eorum successores vel aliquis seu aliqui ipsorum vel universitates locorum regiorum regnorum Aragonum Valencie Majorice et Cathalonie vel aliqua ipsarum vellent se comuniter vel divisim opponere et juditium prosequi seu partem facere ad predicta in proximis precedentibus capitulis contenta quod hoc eis liceat et pro sumptibus tunc super hiis factis et etiam faciendis possint inter se per illam viam que eis melior videbitur peccuniam congregare sive per viam questie vel aliter et distringere per se et personas ad hec deputandas per ipsas universitates et singulares earum dicte defensioni adherentium quibus dominus Rex ex tunc potestatem conferat hec omnia faciendi et quod de hiis dominus Rex non possit se intromitere nec successores sui per oficiales suos nec compotum nec rationes audire nec petere nisi ut superius continetur. Et hoc facere possint absque impedimento et contradictione quibuscumque domini Regis et successorum suorum et primogeniti et procuratoris sui generalis et aliorum oficialium regiorum qui nunc

sunt et pro tempore fuerint. Et quod opponens vel opponentes se predictis audiantur plene ad defensionem unionis predicte et dictorum regni civitatis et insularum predictarum et aliorum locorum de dicto feudo in Cathalonia constitutorum. Et quod dicta causa durante nichil posset in dicte unionis perjuditium innovari. Item quod dictus dominus Rex cedat et nunc universitatibus locorum regiorum Regnorum Aragonum et Valencie et etiam universitatibus predictorum locorum Cathalonie jus sibi competens et competiturum contra Regem Majorice et successores suos in et pro sumptibus et dampnis sustentis et sustinendis factis et faciendis prout scilicet ipsos fecerunt et sustituerunt super apprehensione et occupatione Regni et Insularum et omnium dictorum locorum que Reges Majorice tenent et consueverunt pro domino Rege tenere in feudum vel alias ratione processuum predictorum vel aliorum seu prosecutione eorum. Item quod si aliquid fieret contra predicta vel eorum aliqua eo ipso sit et ex nunc decernatur per dictum dominum Regem irritum et inanne et carere omni robore et effectu. Item quod dominus Rex in instrumento separatim de hiis fiendo et firmando statim cum receperit seu recipi fecerit homagium et sacramentum ab hominibus seu universitatibus dictorum Regni et locorum concedat et declaret eisdem hominibus et universitatibus quod quamvis in instrumento sub homagio et sacramento per eos de hiis nulla mentio habeatur tamen rei veritas sic se habet quod ipsum homagium et sacramentum fecerunt de voluntate et expresso assensu ejusdem domini Regis sub

hac conditione scilicet si non restituerentur vel alias alienarentur ut predicitur et remanerent in unione predicta. Et quod idem dominus Rex in eodem instrumento declaret eos non teneri eidem vel successoribus suis quod ad predicta ex aliquo homagio naturalitate vel fidelitate si idem dominus Rex vel sui successores venirent contra unionem predictam. Item quod quilibet successor dicti domini Regis in suo novo dominio antequam sibi fiant sacramentum fidelitatis vel homagia per feudatores dictorum Regnorum et comitatus vel admitatur in Regem vel comitem in dictis regnis et comitatu teneatur predicta approbare firmare renovare et jurare per se et successores suos et observare et facere observari omnia et singula supradicta et infrascripta. Item quod predicta approbentur confirmentur et juramento roborentur incontinenti per dictos dominos Infantes et etiam per sindicos universitatum Cathalonie qui sunt Barchinone congregati statim cum habuerint de hiis potestatem ab universitatibus suis quam confestim habere procurent. Item quod idem dominus Rex faciat et procuret cum effectu quod idem faciant universitates dictorum locorum regiorum regnorum Aragonum et Valencie et etiam inclitus infans Jacobus comes Urgelli. Item quod idem faciat dictus dominus Rex si cum effectu per homines seu universitates Regni civitatis et Insularum ac locorum feudorum predictorum cum scilicet et prout ad ejus posse devenerint singula loca ipsorum. Item quod notarius stipuletur omnia et singula supradicta a dicto domino Rege et a dictis inclitis infantibus promi-

tentibus pro se et eorum successoribus et ab omnibus sindicis universitatum predictarum pro eisdem et pro habitatoribus presentibus et futuris dictorum Regni civitatis insularum et locorum que ut predicitur per Reges Majorice consueverunt teneri in feudum et pro omnibus aliis quorum interest et poterit interesse imposterum. Item quod de predictis omnibus fiant et tradantur libera a jure sigilli a quolibet alio jure curie regie et alia publica instrumenta videlicet cuilibet universitati ex predictis unum publicum instrumentum sigillo regio appenditio comunitum. Item quod ea de predictis que de presenti possint expediri expediantur mora qualibet proculpulsa. Item quod si aliquis vel aliqui de predictis infantibus vel universitatibus qui firmare jurare facere est ordinatum supra quod faciant non facerent quod nichilominus firme aliorum predictorum firmantium valeant et teneant et unio et omnia alia hic contenta remaneant in sua firmitate. Item quod si in aliquo vel aliquibus casibus de predictis possit dici defficere aliqua juris solempnitas propter deffectum presentie illorum qui dicerentur presentes debere esse vel quia diceretur notarius hujus ordinationis non posse stipulari pro aliquo vel aliquibus pro quibus stipulatur vel aliis quod dominus Rex de plenitudine regalis potestatis suppleat omnem deffectum et det omnibus et singulis hic contentis omnem roboris firmitatem. Quibusquidem capitulis presentatis et lectis memorato domino Regi et subjectis consilio et examini diligenti per eundem dominum Regem et per inclitos dominos Infantes Petrum comitem Rippacurcie et Mon-

tanearum de Prades patruum et Jacobum comitem Urgelli et vicecomitem Agerensem fratrem et generalem procuratorem ac consilium prefati domini Regis nec non etiam per sindicos antefatos nomine et pro parte universitatum civitatum et villarum superius expressarum sepedictus dominus Rex Aragonum per se et omnes heredes et successores suos laudavit approbavit et confirmavit ac promisit et juravit per crucem Domini nostri Jhesuchristi et ejus sancta quatuor evangelia manibus suis corporaliter tacta premissa omnia singulariter videlicet singula et generaliter universa tenere et observare attendere et complere et attendi facere prout inseruntur superius et compleri et in aliquo non contravenire vel facere quavis causa supplendo de sue regie plenitudine potestatis si in aliquo vel aliquibus casibus de predictis possit dici defficere aliqua juris sollempnitas propter deffectum presentie illorum qui dicerentur presentes debere esse vel subscriptum notarium stipulari non posse pro aliquo vel aliquibus de quibus stipulatur aut alias ac dedit omnibus et singulis contentis in presenti publico instrumento omnem roboris firmitatem. Preterea de voluntate expressa et mandato supradicti domini Regis jamdicti domini infantes Petrus et Jacobus per se et omnes heredes et successores suos nec non etiam nobiles Nicholaus de Jamvilla comes Terrenove et Galcerandus de Bellopodio majordomus ac venerabiles Arnaldus de Moraria vicecancellarius Ferrarius de Villafiancha miles Bernardus de Ulçinellis legum doctor thesaurarius Johannes Ferdinandi Munionis legum doctor magister

rationalis Rodericus Didaci miles legum doctor ac Petrus Despens consiliarii sepefati domini Regis et etiam prenominati sindici videlicet singulariter unusquisque nominibus propriis et etiam universitatum civitatum et villarum predictarum quarum constituti sunt sindici ut premititur ad premissa firmaverunt laudarunt et approbarunt omnia et singula supracontenta et ea prout superius declarantur promiserunt tenere et observare attendere et complere ac in eis nullo unquam tempore contravenire et fecerunt inde per crucem Domini nostri Jhesuchristi et ejus sancta quatuor evangelia eorum singulos juramenta. Premissa igitur laudationes approbationes et confirmationes et promissiones et juramenta facta fuerunt presentibus dicto domino Rege et aliis supradictis et testibus infrascriptis in posse notarii subscripti stipulantis omnia et singula supradicta a dicto domino Rege et ab inclitis dominis infantibus prelibatis promitentibus pro se ac successoribus eorundem et ab omnibns sindicis universitatum predictarum pro eisdem et pro habitatoribus presentibus et futuris dictorum Regni civitatis insularum et locorum que ut predicitur per Reges Majorice consueverunt teneri et nunc tenentur a dicto domino Rege in feudum et pro omnibus allis quorum interest et poterit imposterum interesse. De quibus omnibus dominus Rex voluit et mandavit fieri atque tradi per subscriptum notarium et scriptorem suum sibi et cuilibet ex universitatibus antefatis unum vel plura publica instrumenta sigillo suo regio appenditio comunita. Que fuerunt acta in camera dicti dimini Regis palacii sui civitatis

Barchinone die veneris circa horam meridiey qua computabatur duodecimo kalendas octobris anno domini Millesimo CCC quadragesimo segundo. Signum ✠ Petri Dei gratia Regis Aragonum Valencie Sardinie et Corsice qui premissa omnia laudamus firmamus concedimus et juramus. Signum ✠ Infantis Petri comitis Rippacurcie et Montanearum de Prades predicti qui hec laudamus firmamus concedimus et juramus Signum ✠ Infantis Jacobi comitis Urgelli et vicecomitis Agerensis predicti qui hec laudamus concedimus et juramus salvo tamen quod non fiat inde pèrjuditium locis nostris Sig✠num Nicholai de Jamvilla comitis Terrenove Sig✠num Galcerandi de Bellopodio Sig✠num Arnaldi de Moraria Sig✠num Ferrarii de Villafrancha Sig✠num Bernardi de Ulçinelles Sig✠num Johannis Ferdinandi Munionis Sig✠num Roderici Didaci Sig✠num Petri dez Pens predictorum dicti domini Regis consiliariorum qui premissa omnia et singula laudamus firmamus concedimus et juramus juxta continentiam eorundem. Sig✠num Arnaldi Dusay Sig✠num Petri de Palacio Sig✠num Francisci Gruneri Sig✠num Bernardi de Marimundo Sig✠num Michaelis Roure civitatis Barchinone Sig✠num Raimundi Janerii Sig✠num Petri dez Pens junioris civitatis Ilerde Sig✠num Petri de Cigiario Sig✠num Berengarii de Riaria civitatis Gerunde Sig✠num Petri Bernardi Sig✠num Guillermi de Monteconillo civitatis Minorisse Sig✠num Andree Borraci Sig✠num Galcerandi de Podio Bacone civitatis Vici Sig✠num Bernardi Gili Sig✠num Montisserrati Cardona ville Cer-

varie Sig✠num Berengarii Marques Sig✠num Bernardi Pellicerii Villefranche Penitensis Sig✠num Laurencii dez Caus Sig✠num Raimundi Mayol ville Montisalbi Sig✠num Guillermi Segarra Sig✠num Bertrandi Ollarii ville Tarrege Sig✠num Arnaldi de Conomines Sig✠num Petri dez Graner ville Berge Sig✠num Galcerandi de Argimon ville Bisulduni Sig✠num Petri de Camperol Sig✠num Bernardi de Valle abriga ville Campirotundi Sig✠num Alberti de Curtibus Sig✠num Bernardi Coaner ville Apiarie Sig✠num Bartholomei Cerco ville de Arbucio Sig✠num Guillermi de Oceyone ville Aqualate Sig✠num Jacobi Cerdani ville de Cambrils Sig✠num Francisci Portelli ville Calidarum de Montebovino sindici universitatum civitatum et villarum predictarum qui premissa omnia et singula ut superius declarantur nominibus propriis et nominibus etiam universitatum quarum sumus sindici ut prefertur laudamus approbamus firmamus concedimus et juramus. Testes premissorum omnium sunt qui eisdem vocati et rogati presentes fuerunt venerabiles et religiosus frater Sanccius Luppi de Ayerbio de ordine minorum confessor Arnaldus de Torrentibus Johannes Eximini Dosca et Petrus de Ciutadella judices curie Guillermus de Moraria scriptor et Tristannus de Turruella uxerius sepefati domini Regis laudantes et approbantes dictum privileginm unionis et omnia et singula in eo contenta et etiam expressata et eisdem expresse consentientes tam sub additionibus mutationibus et detractionibus infrascriptis factis aliquibus capitulis unionis jamdicte nobis humi-

liter supplicastis ut predictum privilegium una cum predictis mutationibus additionibus et detractionibus velimus et placeat per nostrum privilegium concedere et firmare ut inferius continetur. Cum nos siquidem de consilio universitatum civitatis Barchinone et aliarum civitatum villarum et locorum regiorum Cathalonie que usaticorum Barchinone et consuetudinum Cathalonie habent notitiam pleniorem auctoritate dictorum usaticorum et consuetudinum et alias declaraverimus nos posse procedere et debere contra dictum Majorice Regem ejusque subditos et vassallos ipsum in sua rebellione juvantes jamque inceperimus in parte procedere contra eos et a vobis dictis infantibus et aliis in dicta civitate Valencie pro generali curia convocatis et congregatis petierimus consilium super medo procedendi an videlicet per mare aut per terram vel modo utroque constringemus illos et etiam puniemus. Et nichilominus vobis verbo declaraverimus nos velle primitus procedere contra civitatem et insularum Majorice et alias insulas ei adjacentes. Ideoque vos memorati infantes Petrus et alii supratacti prelatis et religiosis et aliis personis ecclesiasticis dumtaxat exceptis quos non decet circa talia consulendo vel alias se aliquatenus immiscere ad breviorem et feliciorem expeditionem dicte exequtionis consulatis nobis quod ante omnia et principaliter prosequamur per mare realiter et de facto occupando et apprehendendo et ad effectum auxiliante Deo deducendo jura nobis et nostris competentia in regno insula ac civitate Majorice et in insulis Minoricarum et Evice et aliis insu-

lis eidem adjacentibus et locis in eisdem regno et insulis situatis et deinde in terris Rossilionis et aliis locis cismarinis tam in Cathalonia quam alibi constituti que a nostris predecessoribus fuerunt regni Majorice et ejus predecessoribus in feudum concessa et pro quibus fecit predecessoribus nostris et nobis homagium acquisita et competitura ex denegatione firme juris et feudorum et ex aliis causis in processu super hiis habito contentis et alias procedendis et fiendis quocumque tempore in futurum. Et quod ipsa jura seu eorum aliquid nullatenus remitamus vel renuntiemus donemus cedamus vendamus permutemus demus impignoremus vel quovis alio modo alienemus ad imperpetuum vel ad tempus longum vel breve nec concedamus in feudum precario emphiteoticario vel labellario vel alio quovis modo seu titulo eidem Regi Majorice nec filio nec filiis ejus natis nec nacituris nec alii vel aliis quibusvis personis extraneis vel privatis etiam ratione pacis et concordie si inter nos et illos tractaretur vel fieret aut firmaretur nec ex aliqua quavis causa ad alicujus vel aliquorum quorumvis supplicationum nec motu proprio nec aliter cum videlicet nos dicta loca feudalia in totum vel in partem simul vel successive possideamus potenter et corporaliter de locis videlicet que possidebimus. Et si entequam possessio realis predictorum vel aliquorum ex eis ad nos pervenerit tractaretur compositio transactio avinentia arbitratio vel aliqua pactio de predictis que nos realiter non possideremus quod id fieri non possit nisi de et cum consensu vestri predictorum infantum baro-

num militum et universitatum civitatis et villarum regalium Regni Valencie si tunc nos essemus in civitate et regno Valencie personaliter constituti vocata super hoc per nos curia vel parlamento generali. Et si tunc essemus extra regnum Valencie non teneamur ad predicta convocare vos dictos infantes nec non prelatos et barones et milites de quibus nobis melius videbitur expedire et sindicos civitatis et villarum regalium regni Valencie. Et etiam restitutis primo satisfactis et emendatis omnibus et singulis dampnis sumptibus et expensis factis et sustentis et decetero faciendis et sustinendis per generale regni Valencie supradicti usque in diem quo ipsa avinentia compositio et transactio seu arbitratio firmaretur. Quequidem dampna sumptus et expense eidem generali prout facte et sustente fuerunt plenarie restituantur ac etiam emendentur nos enim faciamus et procuremus cum effectu quod universitates locorum regiorum Aragonum et Cathalonie seu eorum sindici que ad curias generales vocari in dictis regnis Aragonum et Cathalonie consueverunt consentiant laudent et approbent presens privilegium et contenta in eo supra et infrascripta. Si vero contingeret casus quod absit quod nos vel successores nostri vellemus dictam unionem quomodolibet violare et contra eam facere seu venire seu eam non tenere nec observare ut superius continetur vos dicti Infantes et vestri successores barones et milites et generosi civitatis et regni Valencie et universitates civitates villarum regalium dicti regni et vestrum singuli non teneamini nec possitis seu attemptetis nos

vel successores nostros in aliquo adjuvare in predictis vel circa ea nec nostris preceptis quo ad ea in aliquo obedire. Preterea si nos vel heredes et successores nostri contra privilegium unionis supra insertum vel capitula supra et infrascripta superaddita dicto privilegio unionis faceremus vel veniremus quod eo casu dicti infantes barones milites et generosi et vestrum singuli cum vestris submissis successoribus et vassallis et vos dicte universitates et singulares ex vobis possetis dictum regnum Majorice et alia loca predicta ultra et cismarina et habitatores ipsorum presentes et futuros et eorum singulos deffendere et juvare cum armis et sine et alias absque metu et incursu pene alicujus. Nos enim ex nunc pro tunc presentis serie absolvimus predictis casibus vos dictos infantes et alios prenominatos omnes et singulos et successores vestros et eorum ab omni fidelitate naturalitate et sacramento quibus nobis sunt vel fuerint astricti vel quomodolibet obligati. Et si aliquo casu contingeret quod nos vel nostri successores pro predictis vel aliquo predictorum citaremur de facto cum de jure id fieri non posset cum in tota monarchia jus habeamus imperii et in temporibus non habeamus vel agnoscamus superiorem aliquem nisi Deum per quamcumque personam de mundo cujusvis preeminentie vel dignitatis quod nos teneremur notificare incontinenti congruo tempore dictam citationem seu monitionem si fieret vobis dictis infantibus baronibus militibns ac universitatibus Cathalonie et regnorum Aragonum et Valencie supradictis. Quiquidem omnes comuniter vel divisim positis

si volueritis predictis citationibus seu monicionibus et processibus inde quomodolibet faciendis opponere ac jus regium et vestrum interesse defendere nobiscum vel sine nobis prout vobis conjunctim vel divisim ut prefertur expediens videatur nec possetis aliquo casu vel modo a vel in predictis per nos vel nostrum preceptum vel quamvis aliam personam quomodolibet impediri vel cohiberi. Quinimo nos ad supplicationem omnium vestrum vel partis vestrum teneamur eo casu procuratorem seu procuratores constituere cum plenissima facultate qui jura regia nomine nostro defendant diligenter et caute. Et dictos procuratores non possimus sine voluntate vestri predictorum omnium revocare quiquidem procuratores ad informationem et requisitionem vestri predictorum omnium vel partis vestrum ac presertim dictarum universitatum vel cujuslibet earundem teneantur dicta jura regia et interesse vestrum et eorum prosequi in juditio et extra deffendere et tueri et ea que incumbant agere in negotio supradicto. Equidem si in proximo dicto casu vos dicti infantes barones et milites vel successores vestri vel aliquis seu aliqui vestrum et universitates locorum regiorum Aragonis Valencie Majorice et Cathalonie etiam dictorum feudorum vel aliqua ipsarum velletis vos comitere vel divisim opponere et juditium prosequi et pacem facere ad predicta in proximo precedenti capitulo contenta quod hoc vobis et eis liceat et pro sumptibus super hiis tum factis et faciendis possitis vos et illi qui se opponere voluerint inter nos per illam viam que nobis et eis melius videbitur pecuniam

congregare sive per viam questie impositionis vel aliter per vos et personas ad hec deputandas a vobis. Quibus ex nunc presentis serie potestatem conferimus hec omnia faciendo. Et quod de hiis non possimus nos intromitere nec successores nostri per nos nec per oficiales nostros nec compotum nec rationem audire nec petere nisi ut superius continetur. Et quod hoc facere possitis absque impedimento et contradictione quibuscumque et successorum nostrorum et primogeniti procuratoris nostri generalis et aliorum officialium regiorum quorumcumque qui nunc sunt et qui pro tempore fuerint. Et quod vos et dicti opponens vel opponentes se predictis audiamini et admitamini plene ad defensionem unionis predicte et dictorum regni civitatis et insularum predictarum et aliorum locorum de dicto feudo in Cathalonia vel alibi constitutorum. Et quod predicta causa durante nichil posset in dicte unionis perjuditium innovari. Nec autem omnia supradicta et infrascripta et singula promittimus per nos et omnes heredes et successores nostros vobis dictis infantibus baronibus militibus et generosis seu vestris procuratoribus nec non universitatibus sepefatis et notario etiam infrascripto tanquam publice persone pro vobis omnibus et singulis seu procuratoribus vestris aut sindicis et successoribus vestris et eorum nec non prohabitatoribus presentibus et futuris predictorum Regni civitatis insularum et locorum que ut predicitur per Reges Majorice consueverunt teneri et tenentur in feudum et pro omnibus aliis quorum interest et poterit interesse stipulanti tenere observare firmiter et

complere. Decernentes presentis serie quod si aliquis vel aliqui ex vobis dictis infantibus baronibus militibus vel universitatibus qui firmare et jurare facere est ordinatum supra quod faciant non facerent quod nichilominus firme aliorum predictorum firmantium valeant et teneant et unio et omnia alia supradicta et infrascripta in sua remaneant firmitate. Et si in aliquo vel aliquibus casibus de predictis possit dici deficere aliquam juris solempnitatem propter defectum presencie illorum qui dicerentur presentes debere esse vel quia diceretur notarium hujus ordinacionis non posse stipulari pro aliquo seu aliquibus pro quibus stipulatur vel alias nos de nostre Regie plenitudine potestatis supplemus omne defectum et damus omnibus et singulis supradictis omne roboris firmitatem. Premissa igitur nos Petrus Dei gratia Rex predictus facimus concedimus et promitimus per nos et omnes heredes et successores nostros ac ea juramus per crucem Domini nostri Jhesu Christi et ejus sancta quatuor evangelia manibus nostris tacta tenere firmiter et complere ac compleri et observari facere prout melius plenius ac latius superius distinguntur. Et eis in aliqua non contravenire vel facere quavis causa. Mandantes hujus serie universis et singulis heredibus et successoribus nostris nec non procuratoribus generalibus justiciis juratis vicariis bajulis ceterisque oficialibus nostris presentibus et futuris quod ea omnia et singula teneant firmiter et observent et faciant observari et non contraveniant aliqua ratione. Nos itaque prenominati procuratores dictorum infantum nec non

barones milites et generosi seu procuratores eorum ac jurati et sindici seu procuratores civitatis et villarum regalium regni Valencie supradicti per nos et omnes heredes et successores nostros nec non etiam Michael Petri Çapata miles Arnaldus de Moraria vicecancellarius Johannes Ferdinandi Munionis legum doctor magister rationalis et Blasius Daysa consiliarique Egidius Petri de Buysan notarius et sigilla tenens prefati domini Regis de voluntate expressa et mandato ejus domini Regis firmantes laudantes et approbantes omnia et singula supra contenta ea prout superius declarantur promitimus tenere et observare attendere et complere ac eis nullo unquam tempore contraire. Et facimus inde per crucem domini nostri Jhesu Christi et ejus sancta quatuor evangelia tacta per nostrum singulos corporaliter juramenta de quibus omnibus nos rex predictus volumus et mandamus fieri atque tradi nobis cuilibet ex universitatibus antefatis per subscriptum notarium et scriptorem nostrum unum vel plura publica instrumenta sigillo nostro Regio appenditio comunita. Quod est actum in ecclesia quadredali Beate Marie Sedis Valentie dum mihi publicabatur generalis curia memorata. Die martis intitulata pridie kalendas januarii anno Domini Millesimo trecentesimo quadragesimo secundo. Signum ✠ Petri Dei gratia Regis Aragonum Valencie Sardinie et Corsice comitisque Barchinone. Qui premissa omnia et singula laudamus firmamus concedimus et juramus. Sig✠num Jacobi Castellani militis nomine proprio et Sig✠num Benaveni de Benviure procuratorum incli-

ti infantis Petri Rippacurcie et Montanearum de Prades comitis Sig✠num Berengarii Gomir procuratoris incliti infantis Jacobi comitis Urgelli et vicecomitis Agerensis Sig✠num Guilaberti de Nogaria nomine proprio ac procuratoris incliti infantis Raimundi Berengarii Sig✠num Jacobi de Arteriis jurisperiti procuratoris nobilis Johannis Eximini Durrea cujus est locus de Canalibus Sig✠num Johannis de Pertusia procuratoris nobilis Elfi de Proxida Sig✠num Francisci Mir procuratoris nobilis Francisci Carrocii Sig✠num Gondisalbi de Arenosio Sig✠num Galcerandi de Bello Podio Sig✠num Johannis Eximini Durrea cujus est locus de Alcalaten Sig✠num Guillermi Raimundi de Montechateno richorum seu baronum. Sig✠num Gondisalbi Garcie Sig✠num Philipi de Boyl Sig✠num Roderici Didaci Sig✠num Guillermi de Jafero legum doctorum. Sig✠num Petri de Villanova Sig✠num Galcerandi de Tous Sig✠num Guillermi de Jafero Sig✠num Raimundi de Tous militum et generosorum. Sig✠num Johannis de Cervatore Sig✠num Geraldi de Fonte Sig✠num Jacobi de Celma Sig✠num Bernardi Sunyer Sig✠num Bernardi Camonis juratorum. Sig✠num Jacobi Scribe Sig✠num Petri Columbi Sig✠num Berengarii Dalmacii Sig✠num Guillermi Mir Sig✠num Mathei Lançol Sig✠num Petri de Populeto Sig✠uum Bernardi Gomir Sig✠num Januarii Rabacie licenciati in legibus Sig✠num Guillermi de Maiencosa Sig✠num Benaveni de Benviure Sig✠num Bernardi comitis Sig✠num Arnaldi Rotundi Sig✠num Guillermi Despigol Sig✠-

num Jacobi Calbo Sig✠num Johannis de Solanis Sig✠num Michaelis Martorelli Sig✠num Berengarii de Podio Sig✠num Raimundi Carreres Sig✠num Gregorii Simonis sindicorum prefate civitatis Valentie. Sig✠num Peregrini de Castellario jurisperiti Sig✠num Petri Davidis ville Xative Sig✠num Bartholomei Cirera ville Morelle Sig✠num Thome Vives de Canemacio Sig✠num Guilermi de Busquetas ville Muriveteris Sig✠num Petri Darenys Sig✠num Berengarii Enyech ville Algetçire Sig✠num Bernardi de Villanova Sig✠num Ferrarii Colomer ville Burriane Sig✠num Nicholai Guillermi ville de Alpont Sig✠num Francisci Çalou ville Cullarie sindicorum. Sig✠num Michaelis Petri Çapata Sig✠num Arnaldi de Moraria Sig✠num Johannis Ferdinandi Munionis Sig✠num Blasii Daysa consiliariorum Sig✠num Exidii Petri de Buysan predictorum qui premissa facimus concedimus et juramus. Testes sunt qui presentes fuerunt omnibus supradictis nobiles Artaldus de Capraria coperius Bernardus de Tous miles Johannes Ferdinandi de Heredia de ordine hospitalis sancti Johannis Jherosolimitani Tirtannus de Turricella uxerius Egidius Daraço suppracocus Garcia Luppi de Çatina de domo prefati domini Regis et alii plures in multitudine copiosa coram juratis et probis hominibus et universali populo dicte civitatis Majorice inibi in multitudine maxima congregata. Et lecto privilegio supradicto pro majori parte et residuo causa brevitatis verbotenus enarrato memoratus dominus Rex confirmavit approbavit et laudavit unionem in ipso privilegio comprehensam et eam

obtinere voluit roboris perpetui firmitatem ac de novo juravit ad crucem Domini et ejus sancta quatuor evangelia manibus suis tacta illam unionem perpetuis temporibus observare ac facere observari. Presentibus testibus inclito domino infante Petro nobilibus Petro domino de Exericha Blasio Dalagone Johanni de Arborea Johanni Eximini Durrea Alfonso Rogerii de Lauria Raimundo Cornelii Philipo de Castre Guilaberto de Cintillis Galcerando de Bellopodio Condiçalbi Eximini de Arenesio Elfo de Proxida Artaldo de Focibus Johanni Ferdinandi de Luna et Bernardo Sunyerii sindico civitatis Valencie ac Bernardo de Marimundo Ferrario de Minorisa Francisco de Podio decretorum doctore et Petro de Mediavilla sindicis Barchinone Arnaldo de Moraria vicecancellario Roderico Didaci legum doctore milite et Blasio de Aysia consiliariis ejusdem domini Regis nec non Arnaldo Balistarii et pluribus aliis in multitudine copiosa.

FIN DEL TOMO TRIGÉSIMO DE LA COLECCION, SEGUNDO DEL PROCESO CONTRA EL REY DE MALLORCA D. JAIME III.

DP
302
B27A7
1866
t.2

Aragon. Sovereigns,etc.,
1336-1387 (Peter IV)
Proceso contra el rey
de Mallorca d. Jaime III

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

UTL AT DOWNSVIEW
D RANGE BAY SHLF POS ITEM C
39 11 03 07 01 016 7